



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1176. Usque Ad Annum 1203

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118022**

Liber LXXIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66394)



HISTORIA  
 ECCLESIASTICA.  
 LIBER LXXIII.

ALEXANDER III. PAPA.  
 FRIDERICUS I. IMPERAT. OCC. MANUEL  
 COMNENUS IMP. ORIENTIS.

§. I.

*Fridericus Schisma abjecturus.*

**S**ub finem mensis Maji anno mil-  
 lesimo centesimo septuagesimo  
 sexto Fridericus Imperator, mi-  
 lite, qui ex Germania advenerat, rece-  
 Hist. Eccles. Tom. XVIII. A pto, 1176.

Sæcul. XII.  
 A.C. 1176.

*Ab. Alex.  
 ap. Baron.*

**Sæcul. XII.** cepto, Mediolanensium agros populari  
**A.C. 1176.** coepit, ratus se incautos & imparatos  
 occupaturum. Sed fefellit Cæsarem  
 spes sua, quippe cives contractis matu-  
 re copiis in Sabbato, die quarta Junii,  
 Friderici exercitum adorti sunt. Acer-  
 rime pugnatum, & multum sanguinis  
 humani fusum victoria ad Mediolanenses  
 inclinante. Imperator equo, cui lori-  
 catus insidebat, confosso, diu omnium  
 oculis ereptus, in prælio extinctus cre-  
 debatur. Nulla tantæ multitudinis pars  
 expers cladis fuit, ac præda victoribus  
 immensa cessit. Hujus diei fortuna ci-  
 vitates Longobardiæ in libertatem, ac-  
 cisis Imperatorum Germanorum viribus,  
 asseruit.

Sors sinistra Fridericum eo magis per-  
 terruit, quod tunc Principes tam Eccle-  
 siastici quam sæculares, qui hucusque e-  
 jus partes secuti fuerant, minarentur, se  
 ab ipso defecturos, nisi tandem cum Ec-  
 clesia pacem iniret. Statuit ergo cum  
 Alexandro Papa sincere in gratiam redi-  
 re, atque eo consilio Veremundum Ar-  
 chiepiscopum Magdeburgensem, Chri-  
 stianum Moguntinum, Conradum ele-  
 ctum Episcopum Wormatiensem, & Ve-  
 remundum Regni sui Protonotarium ad  
 eum misit, qui cum in urbem Tiburtinam  
 pervenissent, Papæ Anagninæ commoran-  
 ti itineris sui causam per nuncios signifi-  
 cant,

cant, & cum Alexander fidem publicam Sæcul. XII.  
& præsidium promisisset, a duobus Car. A. C. 1176.  
dinalibus & Ducibus Campaniæ exce-  
pti, honorifice Anagniam vigesima pri-  
ma Octobris perducuntur. Altera die  
Papa Legatos publice in conspectum ad-  
mittit. Intrans illi, totius corporis ha-  
bitu modestiam & reverentiam profiten-  
tes, & stantes in medio dicunt: *Dom-  
nus noster Imperator sincere cupit Eccle-  
siæ & urbi Romanæ pacem dare. Ideo-  
que nos cum plenitudine potestatis buc  
misit, instantissime rogans, ut pacta, an-  
no præterito agitari cepta, & peccatis  
nostris ita exigentibus, imperfecta, nunc  
impleantur.* Quibus auditis lætissimus  
Pontifex placido & hilari vultu respon-  
dit: *Gaudemus, auspicato vos advenisse.  
Nihil in hoc orbe terrarum tanta dulce-  
dine animum nostrum afficere potest, ac  
spes optatissimæ pacis, quam nobis se da-  
turum esse Imperator noster (eum enim  
ceteris Mundi Principibus cognoscimus  
esse majorem) veraciter promittit. Ut  
vero tanta felicitas omnes complectatur,  
necesse est, eandem pacem Fæderatis no-  
stris, imprimis Regi Sicilia, Longobardis,  
& Imperatori Constantinopolitano a Do-  
mino vestro concedi.*

Legati, laudato Pontificis sermone,  
dixerunt: *In mandatis accepimus a Do-  
mino Imperatore, ut vobiscum & cum*

Sæcul. XII. *Fratribus Cardinalibus secreto loqueremur; non enim nos latet, utrinque homines malevolos reperiri, qui pacem oderunt & discordiam fovent.* Mox, discedentibus omnibus, Papa cum Cardinalibus & solis Legatis in proximum conclave ad conferendum processit. Quia vero de causa ardua agebatur, & multi potentissimi viri schismate involuti fuerant, ultra quindecim dies tenuit deliberatio. Adducta auctoritas Patrum, Imperatorum privilegia & antiquæ consuetudines expromptæ, diu & subtiliter disputatum. Tandem Capitula omnia inter Ecclesiam & Imperium composita, Longobardis in eo, in quo erant, statu relictis, donec iis Imperator colloqueretur, statutum quoque, ut Papa in Longobardiam iter susciperet. Interim autem Legati Imperatoris ipsius nomine, datis literis, omnibus Ecclesiæ Romanæ membris ac eorum rebus securitatem præstiterunt, Imperatorem Papæ Præfecturam Romæ & Comitissæ Mathildis Ditiones redditurum promiserunt, ac etiam Papæ, Cardinalibus, & itineris sociis, Venetias, Ravennam aut in alias civitates profecturis viæ præsidium esse concessurum. Tandem appositum, etiam si pax stabiliri non posset, inducias tamen ad tres menses esse servandas.

*Instrum. ap.  
Pagi an.  
1176. n. 6.*

Alexan.

Alexander Papa, priusquam Anagnia discederet, Humbaldo Episcopo Ostiensi, & Rainerio Cardinali Diacono S. Georgii ad Imperatorem missis, petiit, ut fidem sibi per Legatos datam, consentientibus Longobardis, confirmaret. Cumque duo Cardinales Imperatorem prope Mutinam habuissent, ille Legatis presentibus filium Marchionis Montiferrati praesidium Papae promissum, edito suo nomine iurejurando, confirmare iussit, ac ne ulla fraudis suspicio superesse posset, idem iuramentum ab omnibus, quotquot aderant, Germanorum Principibus proferri voluit. Tum utrinque placuit, ad Colloquium Papae & Imperatoris Bononiam esse deligendam. Papa vero Guilielmum Regem Siciliae per nuncios rogavit, ut Optimatum suorum praecipuos mitteret, pacis negotium tractantibus adfuturos; quare Rex Romualdo Archiepiscopo Salernitano, & Rogerio Comiti Hadriensi, militiae praefecto, ac in Apulia Terraque Laboris supremo Praetori, hanc Legationem commisit.

Saecul. XII.  
A. C. 1176.

Act. Item  
Romuald.  
Salern.

§. II.

*Papa Venetiis.*

Pontifex igitur sexta Decembris, relicta Anagnia, Beneventum profectus, ibidem a Natali Domini usque ad Epiphaniam moratus est. Inde postquam

A 3

ad

Sæcul. XII. ad Vastum \* portum in mari Hadriatico  
 A.C. 1177. cum triremibus Regis Siciliae ventum  
 \* Port du navigationi opportunum integro mense  
 Guast. expectasset, tandem Feria IV. cinerum,  
 nona Martii anno millesimo centesimo  
 septuagesimo septimo, Missa celebrata  
 & cineribus distributis eum quinque Car-  
 dinalibus & Legatis Regis Siciliae mari  
 se commisit. Undecim erant triremes,  
 quas Rex Siciliae instructissimas Pontifici  
 navigaturo miserat. Dominica sequen-  
 te Jaderam in Dalmatia appelluntur, eo  
 majore incolarum lætitia, quod nunquam  
 Romanorum Pontificum aliquis eorum  
 civitatem intrasset. Ergo Alexandro  
 album caballum admovent, eumque per  
 mediam civitatem ad Ecclesiam, S. Ana-  
 stasiae Virgini & Martyri, cujus corpus  
 ibi quiescebat, sacram, laudes Divinas  
 lingua patria, nempe Sclavonica, decan-  
 tantes, deducunt. Inde, quatrinduo e-  
 lapso, Papa, mare repetens, vigesima  
 tertia Martii Venetias devehctus, ad Mo-  
 nasterium S. Nicolai, in faucibus Rivialti  
 situm, divertit, ubi altera luce a Duce  
 Venetorum, Patriarcha Aquilejensi, o-  
 mnibus ejus Suffraganeis & innumera-  
 bili populo in cymbis advecto, excipitur.  
 Cuncti Summi Pontificis pedibus advol-  
 vuntur, & ritu solemnī procedentes ad  
 Ecclesiam S. Marci perveniunt, ubi post-  
 quam Alexander multitudini Benedi-  
 ctionem

tionem fuisset impertitus, in hospitium <sup>Sæcul. XII.</sup>  
 suum, nempe Patriarchale Palatium, Du- <sup>A.C. 1177.</sup>  
 ce comitante, pervenit. In Festo An-  
 nunciationis a Duce & Optimatibus ro-  
 gatus Summus Pontifex Missæ solemniam  
 cum Cardinalibus in Ecclesia S. Marci  
 celebravit.

Inter hæc Fridericus Imperator Cæ-  
 senæ agebat, &, comperto, quod Papa  
 Venetiis versaretur, Archiepiscopo  
 Magdeburgensi, Episcopo Electo W or-  
 matiensi, suoque Protonotario ad eum  
 missis, rogavit, ut aliam urbem conven-  
 tui futuro designaret, quod Christianus,  
 suus Cancellarius, se tuto Bononiæ non  
 posse commorari crederet, postquam fer-  
 vente bello illius loci cives male mul-  
 tasset. Respondit Papa: *Imperator*  
*Legatis nostris & Longobardis consen-*  
*tientibus locum ad colloquendum Bono-*  
*niam constituit, ideoque Longobardis &*  
*Cardinalibus, qui in illa regione expe-*  
*ctant, insciis, istud mutare non possumus.*  
 Nempe Cardinalium pars, priusquam  
 Papa cum ceteris triremes conscende-  
 ret, itinere terrestri Longobardiam pe-  
 tierat. Subjunxit Papa: *Nibilominus,*  
*quia pacem accelerare unice cupimus, sine*  
*mora Ferrariam cum Cardinalibus Fra-*  
*tribus nostris veniemus, & cum Reçtori-*  
*bus Longobardorum hac de re delibera-*  
*vimus.* Tumque Dominicam Passionis,  
 A 4                      diem



Sæcul. XII.  
A. C. 1177.

diem decimam Aprilis, in qua Conventus ageretur, præstituit. Ut vero Venetorum desiderio undique ad se visendum confluentium obsequeretur, in Ecclesia S. Marci, Dominica quarta Quadragesimæ Sacris operatus est, recitato Evangelio e Cathedra dixit ad populum, & completa Missa Rosam auream Venetiarum Duci obtulit.

§. III.

*Papa Ferrariæ.*

Papa Venetiis egressus eadem septimana, & in Padum amnem cum undecim triremibus, adversis fluctibus, in vectus, in Dominica Passionis Ferrariam Ditionis suæ urbem intravit. Altera die præsto fuere Patriarcha Aquilejensis, Archiepiscopi Ravennatensis & Mediolanensis, cum Episcopis Suffraganeis suis, Rectores Urbium Longobardiæ, Marchiones & Comites; qui cum die tertia in majore Ecclesia, S. Georgio dedicata, cum ingenti populi multitudine congregati essent, Papa orationem exorsus est in hunc modum: *Scitis, carissimi filii, quam gravem persecutionem Ecclesia sustinuerit, motam ab Imperatore, cujus fuisset eam defendere. Scitis, exinde Romanæ Ecclesiæ auctoritatem fuisse labefactatam, cum peccata impunita abierint, & quæ Canones præcipiunt,*

piunt, exequi non licuerit. Quis enim Sæcul. XII.  
A. C. 1177.  
 erat, ut alia mala silentio præteream, qui  
 destructionem Ecclesiarum & Monaste-  
 riorum, cædes, omnisque generis flagitia,  
 in illa temporum iniquitate, ut par fuis-  
 set, prohibere potuit? annos omnino o-  
 ctodecim pestilens schismatis malum Deo  
 permittente grassatum est; sed tandem  
 misericors Numen imperavit mari &  
 ventis, & qui corda Regum in sua pote-  
 state habet, Imperatorem impulit, ut pa-  
 cem peteret. Prodigium est a Dei omni-  
 potentia profectum, me Sacerdotem senem  
 & inermem ad frangendum Germano-  
 rum furorem, & Imperatorem potentis-  
 simum sine bello vincendum, suffecisse.  
 Quod ideo evenit, ut omnes cognoscerent,  
 non esse prudentiam, non potentiam, non  
 consilium contra Dominum! Nunc vero,  
 etsi Imperator a nobis, cum Anagninæ  
 versaremur, pacem Ecclesiæ & Regi Si-  
 cilie concedendam postulasset, vobis præ-  
 teritis, nolimus sine vobis ad pacta pro-  
 cedere, non immemores, quanta pietate  
 & constantia pro Ecclesia & Italiae li-  
 bertate pugnaveritis. Nec vacavit pen-  
 sare, an nostræ Dignitatis esset, vel æta-  
 tis inclinatæ & infirmæ, longi itineris  
 laborem & maris pericula subire, sed a-  
 lacriter viæ nos dedimus, vobiscum deli-  
 beraturi, utrum pacem his conditionibus  
 nobis oblatam recipere expediat.

A 5

Ubi

Sæcul. XII.  
 A. C. 1177.

Ubi Papa finem dicendi fecit, Longobardi, non minus artis bene dicendi quam militaris periti, Magistrorum suorum præcipuum Pontifici respondere jusserunt; isque locutus est in hunc modum: *Tota Italia ad tuos pedes provolvitur, Sancte Pater, gratias tibi agit, & communem lætitiã profitetur. Quantum honor obtingit nobis, filiis tuis, cum ad nos venire, errantes oviculas quæreve & reducere dignaris! Experti novimus, quam dire Imperator Ecclesiam, tuamque Sanctitatem, persecutus fuerit. Nos omnium primi furori bujus Principis petora, ut viros decet, objecimus, armisque nostris effecimus, ne Italia & Ecclesiæ libertas opprimeretur. Pro bona causa ærarium exhaustimus, labores, rerum jacturam, pericula non exhorruimus. Quare, Sancte Pater, æquitas & justitia postulat, ne, nobis exclusis, pacem a Frederico recipias, nobis, inquam, qui ab ipso sæpe oblatam sine Ecclesiæ consensu recipere recusavimus. Ceterum pacem lubenti animo cum Imperatore inibimus, nec de antiquo jure, ipsi in Italiam competente, quidquam detrahimus; libertate vero nostra, quam a Majoribus accepimus, non prius quam vita exui patiemur. Quod ad Regem Siciliae spectat; eum fœderis & pacis participem fieri gaudemus; quia Principem pacis & Justitiæ*

*stitiæ amantem esse constat: ajuntque popu- Sæcul. XII.  
 pulares nostri, qui ejus Ditiones pera- A.C. 1177.  
 grant, advenam in silvis Regni Siculi  
 magis secure, quam in aliorum Principum  
 urbibus, versari.*

Inde elapso triduo Christianus, Imperatoris Cancellarius, Archiepiscopi Colonienfis, Magdeburgensis, & Trevirenfis, Episcopus Wormatiæ electus, Godefridus alter Cancellarius, & Protonotarius Ferrariam perveniunt, quos cum Papa, Regis Siciliae & Longobardorum Legatis presentibus, in conspectum admisisset, exponunt, sibi viris septem mandatum ab Imperatore, & commissam potestatem, qua, sicut ante Anagninæ promiserat, cum Papa, cum Rege Siciliae & Longobardis pacem firmarent. Annuit Pontifex, statimque septem Cardinales ad perficiendum hoc negotium nominat, Longobardi quoque Mandatarios septem destinant, quibus etiam duo Regis Siciliae Legati ad conferendum, id petente Summo Pontifice, junguntur. Primum de loco, ubi Papa & Imperator congregerentur, disputari coeptum, & post aliquot dierum altercationem fixum, ut Venetiis convenirent, addita conditione, si Veneti prius fidem darent, se Summo Pontifici securitatem praestituros. Tum Christianus Cancellarius, cum non crederet, se Ferrariae diu tutum

tum

Sæcul. XII.  
A.C. 1177.

tum commorari posse, inde abiens in Cœna Domini Venetias contendit. Papa vero Ferrariæ Festum Paschale, hoc anno millesimo centesimo septuagesimo septimo in diem vigesimam quartam mensis Aprilis incidens, ritu solemniter celebravit.

## §. IV.

*Pax inter Imperatorem & Pontificem.*

*Romuald.*

Alexander Papa, nona mensis Maji relicta Ferraria, triremibus Regis Siciliae Venetias devectus, iisdem ac primo honoribus afficitur. Tum Mandatarios in Oratorio Palatii Patriarchalis, ubi ipse diversabatur, convenire jussit, ac ante cetera de pace cum Longobardis, utpote majoris molis, agere. Et tunc quidem de nulla re inter eos convenit, suavitque Pontifex, ut induciæ inter Imperatorem ac Longobardos Regemque Siciliae statuerentur, quod vero consilium Imperatori non probabatur. Nec enim ille bona fide pacem simpliciter quærebat, eique Legati etiam sui suspecti erant. Quin usque Chiogiam procedens, Venetias intrare, invito Papa, parabat, favente quorundam Venetorum factione, etsi, id se minime concessuros, jurando se adstrinxissent. Jamque in Ducis

Ducis Venetiarum & sapientiorum vi- Sæcul. XII.  
rorum auctoritate parum opis esse vide- A.C. 1177.  
batur; sed Legati Regis Siciliae populos  
in officio continuerunt, comminati, eo-  
rum rempublicam iratum Regem suum  
sensuram, si tam solemnem juramento pro-  
missa violaret. Tanta animorum dis-  
sensio negotium usque ad finem mensis  
Julii sufflaminavit, & tandem Christianus  
Cancellarius, ceterique Imperatoris  
Mandatarii reclamantes virili libertate  
dixerunt; nihil juris Imperatori in ani-  
mas suas esse, & nunquam futurum, ut  
fidem publicam Summo Pontifici Anag-  
niae a se datam, ac jurejurando stabili-  
tam, qua ille munitus liberali animo Ve-  
netias se contulisset, frangerent. Se-  
denique Alexandrum pro legitimo Papa  
habere, & Antipapam in Hetruria de-  
gentem abjicere (\*). Tunc vero expu-  
gnata est Friderici contumacia, pacem,  
prout illam Legati inter Ecclesiam, Re-  
gem Siciliae, & Longobardos stabilien-  
dam censuerant, recepit, novis Sacra-  
mentis, nomine ipsius & Germaniae  
Principum editis, confirmavit, ac Sab-  
bato

(\*) Nempe, erat is Joannes Strumensis, a  
suis Callistus III. nuncupatus, Viterbii agens,  
de quo apud Cardinalem Baronium: *Interea  
Viterbiensis ille ridiculus Antipapa de malo  
semper in pejus deficiens &c.*

Sæcul. XII. bato vigesima tertia mensis Julii Vene-  
 A.C. 1177. tias venit.

Altera die, quæ erat Dominica, vigilia S. Jacobi, Papa summo mane Cardinales sex, videlicet Episcopus duos, Presbyteros tres, & Diaconum unum misit, qui Imperatorem absolverent. Ipse Schisma Octaviani, Guidonis Cremenensis, & Joannis de Struma abjurans, obedientiam Alexandro Papæ ejusque legitimis Successoribus promisit, sicque a Cardinalibus a sententia Excommunicationis absolutus, unitati Ecclesiæ Catholicæ redditus est. Præsules quoque & Principes Germaniæ Schismati renunciantes absolvuntur. Quibus peractis Venetiarum Dux & Patriarcha Gradenfis, cum ingenti populi Clericorumque frequentia ad Monasterium S. Nicolai, in capite Rivialti situm, Imperatoris Hospitium, procedunt, cumque eum Dux Venetorum in cimbam suam accepisset, ad Ecclesiam S. Marci deducit. Venientem Papa in Ecclesiæ limine, adstantibus Episcopis suis ac Cardinalibus, Patriarcha Aquilejensi, Archiepiscopis, Episcopisque Longobardiæ, sedentibus omnibus ac cultu Sacerdotali fulgentibus, in conspectu innumerabilis populi expectabat. Accedens vero Imperator, deposita chlamyde, prostravit se in terram, & pedes Pontificis osculatus est, qui

qui eum manu erigens, erumpentibus lacrymis, osculum pacis obtulit. Illico Germanorum vocibus Hymnus: *Te Deum laudamus*, insonuit, & Augustus Pontificem, arrepta manu ejus dextera usque ad Chorum Ecclesiæ deduxit, ubi inclinato capite ejusdem Benedictionem accepit, & mox ad Ducis Palatium rediit (\*).

## Sub

(\*) Ad hunc locum pertinet illa altera narratio, secundum Chronica Venetiis asservata, ut testantur Cardinalis Baronius & Palatius ad annum millesimum centesimum septuagesimum septimum, in quibus legimus; Alexandrum Papam, Friderici Imperatoris Edictis perterritum, Benevento excessisse, & Jaderam delatum ex Dalmatia Venetias ignoto habitu profugisse, sub inopis Sacerdotis veste in Monasterio Charitatis latuisse, atque ad sordidum culinæ ministerium, ut occultius Personæ Majestatem celaret, se ultro demisisse. Sed a quopiam, cui Commodus nomen, fuisse proditum, ac a Principe Venetorum, & Senatu ad domum Patriarchalem inter publicas gratulationes lætanter deductum. Ottonem Friderici filium cum numerosa classe ad Histriæ littora appulisse, quam Zianus Venetorum Dux triginta navibus invasisset, fudisset & profligasset. Ei deinde Pontificem Alexandrum victoriam fuisse gratulatum, & dixisse: *Accipe, Ziane, & me Authore hoc mare tibi, Venetiæque armis, obnoxium despon-*



Sæcul. XII

A. C. 1177. Sub noctem misit ad Papam Augustus, qui suo nomine rogarent, ut altera die,

*sponsato; quod tu & futuri Principes quot annis stato die in perpetuum servabitis; ut omnis posteritas memoria repetita intelligat, maris possessionem patria virtute, ac navali disciplina vestram esse jure belli quandoque factam, atque ut uxorem viro, ita illud hoc desponsationis annuæ munere vestro subjacere Imperio. Tum Ottonem in navali prælio captum, Friderici filium, in Germaniam dimissum, Patrem permovisse, ut pacem cum Ecclesia & Alexandro Summo Pontifice quæreretur, ac Venetias proficisceretur. Ibiq; Alexandrum Papam ad Divi Marci fores, in Sella sedentem aurea, Fridericum Imperatorem ad se progredientem expectasse, & ad procumbentem, ut ejus pedes exoscularetur, planta collo jacentis superposita Davidicum illud protulisse: *Super aspidem & basiliscum ambulabis & conculcabis leonem & draconem.* Imperatorem vero, inflato adhuc spiritu reposuisse: *Non tibi sed Petro; cui Pontifex impressa fortius planta: & mihi & Petro.**

Ita Historiam istam referunt Veneti, quin adhuc dum singulis annis in Festo Ascensionis Domini Dux Venetorum, conscensa magnifici operis nave, quam *Bucentoro* vocant, in altum provehitur, ac projecto in undas annulo aureo, Reipublicæ nomine, mare Adriaticum sibi desponsat, ac subjectum declarat. Fleurius suo silentio satis prodit, quod hanc narrationem  
reji

die, Feflo S. Jacobi, in Ecclefia S. Marci Sæcul. XII.  
 Saeris operaretur, quibus interesse cu- A.C. 1177.  
 peret. Id promifit Papa, ac illa die eun-  
 tem ad aram Pontificem Imperator sine  
 chlamyde præceffit, virgam manu tenens,  
 & apparitoris officio fungens, populum  
 confertim irruentem venienti Papæ lo-  
 cum dare juffit. Ipfe cum Præfulibus  
 & Clericis Germanis, qui officium Di-  
 vinum decantarunt, in Choro fubftitit.  
 Prælecto Evangelio Papa fuggestum con-  
 fcendit, dicturus ad Populum; fed quia  
 latine loquebatur, Patriarcham Aquile-  
 jenfem juffit fermonem fuum Germani-  
 ce reddere, ut Imperatoris pietati fatis-  
 fieret. Poftquam peroratum, & *Credo*  
 recitatum, Imperator cum Principibus  
 Curia

rejiciat. Cardinalis Baronius & plerique alii  
 confictam explodunt, & Natalis Alexander de  
 ea judicium fert, quod fequitur: *Alexandrum III.*  
*Friderici Imperatoris ad pedes fuos prostrati*  
*caput pede preffiffe, ipfique insultaffe. . . . Su-*  
*per aspidem & Basilicum &c. putidiffima fa-*  
*bula eft, Auctoris cocævi, qui Alexandri Acta*  
*confcripfit, Romualdi Salernitani Archiepifco-*  
*pi, qui Concilio Veneto & Abfolutioni Fride-*  
*rici intererat, Matthæi Paris in Historia An-*  
*glica ad hunc annum, Wilhelmi Tyrri, & Ro-*  
*gerii de Hoveden in Annalibus Angliæ, fententia*  
*falfitatis convicta. &c.*

Hift. Ecclef. Tom. XVIII.

B

Sæcul. XII. Curia suæ pedibus Papæ admotus, eos  
 A. C. 1177. osculatus est, & oblationem detulit.

Communionem deinde de manu Ponti-  
 ficis accepit, & Missa completa, manu  
 prehensam ad fores Ecclesiæ deduxit.

*Chr. Gaufr. Vostens. to. 2. Bibl. Lab. p. 3. 4.* Pontifice equum conscendente Frideri-  
 cus stapedem tenuit, tumque appren-  
 so freno equum rexit, donec Alexander  
 ei benedixit, & ut discederet rogavit,

quod longius viæ spatium usque ad ma-  
 re superesset. Sequenti die hora circi-  
 ter nona Imperator, ut sinceram amici-  
 tiam profiteretur, usque ad Papæ con-  
 clave venit, paucis comitantibus, cum  
 ille Cardinalibus familiariter colloque-  
 retur. Jucunde & peramanter Augu-  
 stus & Pontifex sermonem conferue-  
 runt, non nunquam jocos, sine utriusque  
 Dignitatis dispendio, immixtis.

§. V.

*Pax juratur.*

*Romuald.*

Inde sex dierum spatio interjecto, scili-  
 cet die Lunæ, prima Augusti, solemn-  
 i juramento pax confirmata. Imperator  
 Præsulibus & Principibus Curia suæ se-  
 quentibus ad Palatium Patriarchale, ubi  
 Papa diversabatur, se contulit, & Sessio  
 in ejusdem domus aula longa & ampla  
 celebrata. Ubi in medio Pontifex re-  
 sedit, stantibus ex utroque latere Epi-  
 scopis & Cardinalibus, Imperatorem in-  
 vitavit,

vitavit, ut confideret in folio ad dextram Sæcul. XII.  
 posito, Episcopis & Cardinalibus supe- A. C. 1177.  
 rior, Romualdo autem Archiepiscopo Sa-  
 lernitano innuit, ad lævam, Cardinali-  
 bus Diaconis superior, locum caperet.  
 Imperato deinde silentio, Papa brevi  
 sermone ingentem suam lætitiã testa-  
 tus est, quam ob conversionem Impera-  
 toris concepisset, ac in epilogo subjun-  
 xit; se Imperatorem, carissimum filium  
 suum, Imperatricem ejus conjugem, &  
 ipsorum filium Henricum Regem pater-  
 no amplexu recipere. Tum Imperator  
 quoque, deposita trabea, surgens, Ger-  
 manorum lingua dicere cœpit, Christia-  
 no Cancellario Principis verba lingua  
 vulgari Italica interpretante. In hoc  
 sermone Imperator publice confessus  
 est; deceptum se fuisse, & malorum  
 secutum consilia, ac Ecclesiam pœne e-  
 vertisse, cum eam defendere voluisset.  
 Deo gratias retulit, quod jam errorem  
 agnosceret, affirmavitque, se schisma  
 dimittere, Alexandrum Papam legiti-  
 mum venerari, ac Regi Siciliae Longo-  
 bardisque pacem concedere.

Omnibus applaudentibus & Impe-  
 ratoris pietatem laudantibus, afferuntur  
 Evangelia, Sacræ Reliquiæ, & Crux ve-  
 ra. Tum mandante Imperatore Henri-  
 cus Comes de Res. . . in animam Prin-  
 cipis juravit, quod bona fide pacem in-

Sæcul. XII.  
A C. 1177.

ter Ecclesiam & Imperium, fœdus cum Rege Siciliae ad annos quindecim, & Inducias sex annorum cum Longobardis servaturus esset, ea ratione, qua Mandatarii statuissent, & literis consignassent. Principes quoque Imperii duodecim tum Ecclesiastici tum Sæculares idem juramentum præstiterunt. Nec mora, etiam Romualdus Archiepiscopus Salernitanus surgens super Evangelia juravit; quamprimum Legati Imperatoris in Siciliam pervenirent, jussurum Regem Optimatum aliquem nomine suo jurare, quod pacem annis quindecim servare vellet, decemque alios viros principes ex Regis mandato eodem jurejurando sese obstricturos. Idem, ac Archiepiscopus Salernitanus, Comes Rogerius juravit. Tunc etiam Rectores Urbium Longobardiae præsentibus suis sex annorum Inducias juramento firmarunt, promittentes, idem Consules & Nobiles cujuscunque Civitatis juraturos. Hic notatu dignum, quod Imperator & Rex non ipsi jurent, sed id aliis committant, quasi vero sine Majestatis detrimento ipsi jurare non potuissent. Porro Imperatore a Censuris absoluto, sequaces quoque ejus Schismatici catervatim ad sinum Ecclesiae confluerunt, absolvi humiliter postulantes. Præcipui fuere Christianus Archiepiscopus Moguntinus & Cancellarius,

rius, Philippus Colonienſis, Veremun-  
 dus Magdeburgenſis, Arnoldus Trevi-  
 renſis, Epifcopi Paſſavienſis, Worma-  
 tienſis, Auguſtanus, Maſſilienſis, Argen-  
 toratenſis, Halberſtadienſis, Papienſis,  
 Placentinus, Brixienſis, Novarienſis, Bor-  
 mienſis \*, Mantuanus, Balneoregienſis, \* Acqui,  
 Piſaurenſis, & Faventinus.

Sæcul. XII.  
 A.C.1177.

§. VI.

*Conradus Moguntia Salisburgum  
 translatus.*

Tunc vero captata occasione Christia-  
 nus poſſeſſionem Archiepiſcopatus *Romuald.*  
 Moguntini ſibi confirmari curavit. Poſt-  
 quam enim non modicam operam ad  
 reducendam pacem contuliſſet, Impera-  
 torem & Principes Germanos vehemen-  
 ter rogavit, ut electionem ſuam a Sum-  
 mo Pontifice confirmari peterent. Cum  
 iſta molimina Conrado, ante Chriſtia-  
 num electo & conſecrato, ſuboluiffent,  
 in Pontificis conclave admiſſus, *Haud*  
*ignoras, Sancte Pater, inquit, me amore*  
*tui parentibus, patria, Eccleſia Mogun-*  
*tina, in qua canonice ordinatus fui, re-*  
*lictis, in Franciam, videlicet in exilium*  
*ſponte mea electum, ad te fugiſſe. Nec-*  
*dum etiam memoria exciderit, quantum*  
*adventu meo Eccleſiam juverim, ſedem-*  
*que tuam adhuc in illo turbine vacillan-*  
*tem*

Sæcul. XII.

A.C. 1177.

*tem firmaverim. Gratum ostendisti animum, cum me Cardinalem Presbyterum, tumque Episcopum Sabinensem, salva mihi Archiepiscopi Moguntini Dignitate, creasti. Nunc vero, nisi conjectura me fallit, in eadem Sede Archiepiscopali confirmaturus es Christianum Cancellarium, hujus Ecclesiæ, vi adhibita, usurpatorem, & hucusque Schismaticum. An istud æquitas, an ratio admittat? Respondit Papa: Memorem te esse, nullus dubito, quod coram nobis sepe professus fueris, te, si pax Ecclesiæ & Imperii alia conditione reduci non possit, quam ut Archiepiscopatum Moguntinum dimittas, Ecclesiæ quietem omnibus privatis tuis commodis esse prelaturum. At Imperator obstinato animo affirmat, non concessurum se pacem, si Cancellarius suus e Sede Moguntina pellatur; nos tamen nihil ei responsi dedimus, priusquam hac de re animum tuum explorassemus. Summo Pontifice ita loquente, Conradus victas manus porrexit, sancte promittens, se, ne pacis consilio obsistere videretur, Archiepiscopatum Moguntinum Papæ arbitrio simpliciter commissurum.*

Papa, Conradi moderatione multum laudata, cum deinde cum Imperatore contulisset, Conradum ad Archiepiscopatum Salisburgensem transferre statuit. Venetiis tunc agebat, a Papa illuc vocatus,

catus, Albertus quoque, Regis Bohemiæ filius, olim Archiepiscopus Salisburgensis ordinatus, quem Papa perpendere iussit, ipsum nunquam gratum futurum Imperatori, nunquam pacem cum potentissimo Principe habiturum, persuasitque, ut Archiepiscopatum in manus suas abdicaret. Tunc igitur Episcopi Gurcensis & Passaviensis & non nulli Ecclesiæ Salisburgensis Delegati Archiepiscopum elegerunt Conradum, ita iubente Papa, qui electum, salva etiam Cardinalis Dignitate, confirmavit. Epistola hac in causa ad Ecclesiam Salisburgensem Venetiis in Rivoalto nona die mensis Augusti data est. Quin etiam Legationem in Germania, quoad ipse viveret, Papa contulit. Mox etiam Archiepiscopalem Dignitatem in Ecclesia Moguntina Christiano Cancellario stabilivit, qui illico presentibus Papa & Cardinalibus, Pallium, a Guidone Cremenfi Antipapa acceptum, flammis tradidit. Papa aliud ei Pallium ac etiam Philippo Archiepiscopo Coloniensi dedit; uterque enim, licet in Schismate, ab Episcopis tamen Catholicis Suffraganeis suis ordinatus fuerat.

Alexander Papa, datis ad præcipuos orbis Christiani Episcopos literis, pacem Ecclesiæ reductam & Imperatorem reconciliatum significavit; quod ex Epi-

B 4 stolis,

Sæcul. XII.  
A. C. 1177.

Chron. Rei-  
cher sp. an.

1177.  
to. 10. Conc.  
1499.



Sæcul. XII.  
A.C. 1177.

*ap. Bar.*  
*to. 10 Conc.*  
*p. 1244. &c.*  
*p. 1318.*  
*op. 39.*

stolis, ad nos usque delatis, Petro Abbati Montis Cassini, Archiepiscopo Capuano, Guilielmo Archiepiscopo Remensi, Richardo Archiepiscopo Cantuariensi, & Rogerio Archiepiscopo Eboracensi scriptis, cognoscimus. Scripsit præterea Regi Franciæ. Ceterum in hac reconciliatione Imperatoris & Papæ studiosus lector adnotabit; quod Fridericus non nisi ab excommunicationis Censura tanquam Schismaticus absolvatur, de restitutione ipsius vero, tanquam a Papa ab Imperio depositi, nulla occurrat mentio. Nullibi etiam legimus, quod, tenente schismate, ejus Subditi Catholici, quin & Ecclesiastici lentius seigniusque excommunicati, quam absoluti imperia executi sint. Nempe repugnabat Fidelium animus oneri jurisdictionis Papalis, quam Gregorius VII. de depositione supremorum Principum invehere molitus fuerat, se se subicere. Contra, Jus excommunicandi in Scriptura & Traditione fundatum, tanquam res seria certa-que habebatur ab omnibus.

*Act. Alex.*  
*Romuald.*  
*to. 10. Conc.*

Die Dominica, decima quarta Augusti, Vigilia Assumptionis, Alexander Papa Venetiis, in Ecclesia S. Marci, assistentibus Episcopis & Cardinalibus suis, Episcopis Longobardiæ, Germaniæ & He-truriæ præsentibus, Concilium celebravit, cui etiam Imperator, Dux Venetiarum,

rum, & Regis Siciliae Legati, ingensque Sæcul. XII.  
 populi multitudo interfuerunt. A.C. 1177.  
 Dicitis litaniis, precibusque consuetis, ac longa  
 oratione de bono pacis habita, cum Pa-  
 pa cereos ardentis Imperatori ceteris-  
 que præsentibus tam Clericis quam Lai-  
 cis dari iussisset, Excommunicationis  
 fulmen intorsit in quemcunque, qui pa-  
 cem modo sancitam turbaturus esset,  
 moxque omnes exclamantes *Amen!*  
*Amen!* cereos projiciunt & extinguunt.

## §. VII.

*Epistola ad Joannem Presbyte-  
rum.*

Alexander Papa Venetiis commorans, *Alex. ep. 48.*  
 Epistolam ad quemdam Indorum Re-  
 gem dedit, in qua dicit: *Pridem refe-*  
*rentibus multis audiveramus, quod Chri-*  
*stiani nomen profitearis, bonis operibus*  
*intentus sis, & Deo placere cupias. Sed*  
*& Philippus Medicus, amicus noster,*  
*dicit, se ex Optimatibus Regni tui in*  
*ipsa Regione cognovisse, quod tibi propo-*  
*situm sit, Doctrina Catholica & Disci-*  
*plina erudiri, nullamque fidem a fide Apo-*  
*stolicæ Sedis alienam tenere. Idem addi-*  
*dit, quod vehementer exoptes, Ecclesiam*  
*Romæ habere, & Altare in Basilica S. Pe-*  
*tri, alterumque in Ecclesia S. Sepulchri,*  
*ubi viri sapientes de Regno tuo habita-*  
 B 5 rent,

Sæcul. XII. *vent, plenius Doctrinam Catholicam bau-*  
 A.C. 1177. *virent, tum te ipsum tuosque informa-*  
*rent. Quare eundem Philippum Medi-*  
*cum ad te mittimus, virum prudentem*  
*& solertissimum, rogamusque ut eum be-*  
*nigne recipias, quæcunque ex mandatis*  
*nostris dicturus est, audias, & viros spe-*  
*ctatæ Dignitatis cum Epistolis tuis ad nos*  
*dirigas, ex quibus voluntatem tuam am-*  
*plius percipiamus. Hæc Pontificis Epi-*  
*stola in Rivoalto vigesima octava die Se-*  
*ptembris data est. Rex ille, ad quem*  
*dirigitur, ab Historicis Anglis, id refe-*  
*rentibus, Presbyter Joannes appellatur.*  
*Unde credibile fit; eundem esse Prin-*  
*cipem, cujus ante annos triginta duos*  
*Hugo Episcopus Gabalensis reportatas*  
*de Persis victorias narrat, qui in ultimo*  
*Oriente rerum potiebatur, & Christia-*  
*na Sacra, sed Nestorii erroribus corrupta,*  
*sequebatur (\*).*

Rog. an. p.  
 58. Rad. de  
 Dic. p. 908.  
 Jo. Brompt.  
 p. 1132.

Prius-

(\*) Verba superius relata: *Ecclesiam Ro-*  
*mæ habere, & Altare in Basilica S. Petri, al-*  
*terumque in Ecclesia S. Sepulchri, in Epistola*  
 \*Acta Concil. Alexandri Papæ\* sic sonant: *cuperes in urbe*  
*habere Ecclesiam, & Hierosolymitanum Alta-*  
*re aliquod. Ceterum, sæpe Scriptores præ-*  
*fertim Galli de Preto. Joanne aliquid memo-*  
*rant, sed usque adeo diverse, ut alii eum in*  
*Æthiopia ad Meridiem, alii in Magna Tartaria*  
*ad Septentrionem regnasse putent.*

Priusquam Venetiis valedicerent, Sæcul. XII.  
 Papa & Imperator, utrinque Mandata. A. C. 1177.  
 riis tribus nominatis, Restitutionem Di- Act. Alex.  
 tionum, ad Ecclesiam pertinentium,  
 quas tenebat Imperator, perfici jusserunt.  
 Tumque Imperator, salutato Pontifice  
 Cæsenam rediit. Papa deinde mense  
 Octobri, cum quatuor Venetorum tri-  
 remibus, Sipontum vigesima nona die  
 ejusdem mensis advectus est; unde Tro-  
 jam ac Beneventum, & tandem Ana-  
 gniam decima quarta Decembris, post-  
 quam integro anno abfuisset, pervenit.  
 Hujus itineris, omniumque in eo acto-  
 rum, narratio ex duobus Autographis,  
 videlicet ex Actis Alexandri Papæ, a  
 quodam viro, illius profectiois socio,  
 conscriptis, & ex Chronico Romualdi  
 Archiepiscopi Salernitani, alterius Lega-  
 ti Regis Siciliae, excerpta est.

## §. VIII.

*Hugonis Eteriani Scripta.*

Pontifici, Trojæ divertenti, redditur Alex. ep. 49.  
 Hugonis Eteriani Opus contra Græ- Bibl. PP.  
 cos, quod ei Auctor per quemdam ami- Paris. to. 8.  
 corum transmiserat. Egit gratias Ale- p. 563.  
 xander, data die decima tertia Novem-  
 bris Epistola, in qua Hugonem hortatur,  
 ut Imperatorem Constantinopolitanum  
 Ecclesie Romanæ conciliare satagat.  
 Hugonem Eterianum Pisus in Tuscia  
 oriun-

Sæcul. XII.

A.C. 1177.

oriundum Constantinopoli cum Leone fratre suo, Curia Imperialis Interprete, degentem, quadam die Manuel Imperator ad se vocatum interrogat, an Latinis alicubi auctoritas SS. Patrum, Spiritum Sanctum a Filio procedere affirmantium, faveret. Hugo verba S. Basilii, S. Athanasii, & S. Cyrilli, quibus hæc veritas probatur, attulit, & cum videret, Imperatorem serio huic quæstioni vacare, eam accurate pertractare statuit. Cumque ad eum laborem tres quoque Cardinales, Hubaldus Episcopus Ostiensis, postea Papa Lucius III. Bernardus Episcopus Portuensis, & Joannes Tituli SS. Joannis & Pauli suscipiendum hortarentur, objecta Græcorum contra Latinos in hac Quæstione tum argumentis tum auctoritate Patrum, quorum doctrinam longa Constantinopoli commoratione adnotaverat, refutare aggressus est. In Libros tres dividitur Opus, ac Quæstio de Spiritu Sancto prolixè & subtiliter discutitur. Auctor in argumentandi ratione principia Aristotelis sequitur; verum optandum esset, ut in argumentis magis ordinem & delectum amasset, & potius stilo claro quam exquisito ornato uti voluisset.

*ibid. p. 517.*

Aliud quoque Hugonis Opus nobis superest, quod a Clericis Pisanis rogatus scripsit, de Statu animæ a corpore separata,

rata, contra errorem quorundam Pifa-  
 norum dicentium, preces & sacrificia Sæcul. XII.  
 A.C. 1177.  
 mortuis nihil prodesse, quin etiam de ve-  
 ritate Resurrectionis dubitantium. Hæc  
 Elucubratio, in viginti septem Capita  
 divisa, eodem dictionis tumore, ac liber  
 ante memoratus, laborat.

## §. IX.

*Absolon Archiepiscopus Lundensis.*

Schisma compositum, ac pacem inter  
 Imperatorem & Papam successisse, Saxo  
 Gramm.  
 in Daniam illi Nuncii retulerunt, qui lib. 14. p. 322.  
 Romam missi fuerant, effecturi, ut Abso-  
 lon ad Archiepiscopatus Lundensis cul-  
 men eveheretur. Nam Esquilius Ar-  
 chiepiscopus, senio gravis, jam diu Di-  
 gnitatem dimittere cogitans, quadam  
 die Waldemaro Regi mentem suam a-  
 peruit. Is quidem Præsulem a propo- ibid. p. 317.  
 sito dimovere conabatur, dicens, id ipsi,  
 præterita Romani Pontificis auctoritate,  
 non licere. Respondit vero Esquilius  
 se non solum a Papa licentiam se Præsula-  
 tu abdicandi obtinuisse, sed etiam hoc  
 onus in quemcunque vellet transferen-  
 di; præterea id sibi juris tanquam Lega-  
 to Sedis Apostolicæ esse. Tum, sole-  
 mnius renunciaturus Dignitati, Regem  
 rogavit, ut Episcopos intra mensis unius  
 spatium convocaret, causam vero secre-  
 tam teneret, ne quisquam onus Episco-  
 pale

Sæcul. XII. pale reformidans absentia prætextum  
A.C. 1177. objiceret.

Inde quodam die Festo Esquilus e  
 Cathedra ad populum dicens commemo-  
 ravit, quam tenero amore gregem suum  
 amasset, & vicissim amatus fuisset, ex-  
 posuitque quod senio debilis cepisset  
 consilium, se oneri subtrahendi. Addi-  
 dit, quod oves suas Dei sapientia com-  
 mendet, Vasallos suos a fide sibi jurata  
 liberet, & omnium precibus se brevi ex  
 hac vita migraturum commendet. Hac  
 loquente Archiepiscopo omnes illacry-  
 mabantur. Cumque Absolon Episcopus  
 Roschildensis, qui tunc in ejus domo  
 diversari cœpit, quæreret, quid eum ad  
 renunciandum Archiepiscopatu impel-  
 leret, dixit, præter senectutis impedi-  
 mentum, illud quoque stimulare, quod  
 in manus S. Bernardi de hac re votum  
 edidisset. Altera die Episcopi, qui ad-  
 venerant, mane in Ecclesia S. Laurentii  
 congregantur, ubi Archiepiscopus Eccle-  
 siae thesaurum, vestesque sacras pretio-  
 sissimas omnium oculis exponi jussit, ut  
 cernerent, quantum sua munificentia &  
 industria Officii Divini splendorem au-  
 xisset. Brevi etiam sermone in memo-  
 riam revocavit, quantum pro pace ovi-  
 lis sui laborasset, quantis periculis se ob-  
 tulisset, toto sui Pontificatus tempore,  
 jamque viribus corporis deficientibus  
 statuis-

statuisse, tanto oneri humeros subtra-  
here. sæcul. XII.  
A. C. 1177.

Porro Rex nolens, quemquam suspi-  
cari, Archiepiscopum a se forsan offen-  
sum ex animi ægritudine munus abdicare,  
eum palam profiteri iussit, an sponte  
sua & nemine cogente ab Episcopatu di-  
scederet. Tunc vero Esquilius proten-  
sis ad Altare manibus jurejurando affir-  
mare, se neutiquam ob Regem infensum,  
utpote quem haberet clementissimum,  
sed unice subeunte Dignitatis perituræ  
tœdio, & desiderio gloriæ æternæ, loco  
cedere. Lecta deinde est Pontificis Ro-  
mani Bulla in qua dicebat, se, postquam  
Archiepiscopo licentiam renunciandi  
diu denegasset, non ignarus, quanto gre-  
gis sui emolumento præfuisset, tandem  
petere perseveranti eam concedere, pen-  
sata viri senectute & fracti corporis in-  
firmitate. Dixit Rex; Summi Pontifi-  
cis auctoritati neminem posse refragari,  
& Archiepiscopus de Sede sua surgens  
baculum pastorem & anulum super  
Altare deposuit. Ecclesia præsentium  
omnium gemitibus resonat, rogatque  
Rex Esquilius, ut sibi Successorem no-  
minaret, cum nemo ipso melius mores  
& doctrinam Clericorum in Dania co-  
gnovisset. Tum jubente Præsule alia  
legitur Bulla, qua ipsi, ut Sacræ Sedis Le-  
gato, electio Successoris committebatur.  
Sed



Sæcul. XII. Sed Archiepiscopus dixit, se hanc potestatem illis restituere, quibus alias Metropolitanam sibi eligendi jus esset. Cumque illi ad Regem conversi rogarent, ut quem ipse optimum arbitraretur indicaret, quasi totius populi nomine elocutus Absolonem nominavit, atque hæc electio ingenti omnium applausu excepta est.

At surgens de sella Absolon reclamare; majus esse hoc onus, quam ut illud humeri sui ferre possent, nec velle se Ecclesiam suam deserere, quam maxima cura & solitudine ab extrema paupertate ad statum florentissimum deduxisset. Interim Clerici, quibus per Canones electio competebat, Esquilio excitante, Absolonem una voce deposcunt, injectis manibus cunctantem corripunt, & in Cathedra Archiepiscopali collocant. Simul Clerici Psalmos cantare & procedere, sequente populo. Verum vi tanta resistebat Absolon, ut aliquos illorum, qui nolentem trahebant, in terram prosterneret, & pia colluctatio pœne in rixas verteretur. Tandem recepta loquendi libertate ad Papam appellavit, Nicolao quoque Ecclesiæ Roschildensis Decano ad Papæ tribunal provocante, quod Episcopo suo vis inferretur. Contra Esquilius affirmare, se omnibus viribus electionem peractam defensurum, & Absolonem experturum, utrius ex ipsis

Romæ

Romæ major esset auctoritas. Missa Sæcul. XII.  
 completa volebat Esquilus, ut electus A.C. 1177.  
 populo benediceret; sed ille recusavit,  
 nec a Vasallis Archiepiscopatus homa-  
 gium recepit, nec quidquam egit, unde  
 consensus in electionem ullatenus infer-  
 ri posset.

Ergo utrinque ad Curiam Romanam  
 mittuntur Legati, hi quidem ut ex man-  
 datis Regis & Ecclesiæ Lundensis Electio-  
 nem confirmari peterent, illi vero nomi-  
 ne Absolonis & Ecclesiæ Roschildensis  
 reclamarent. Viam invenit Papa, qua  
 utrique parti velificaretur; jussit enim  
 Absolonem Archiepiscopatum Lundens-  
 em accipere, adjecta licentia, Episcopa-  
 tum Roschildensem servandi. Cum his  
 mandatis in Daniam misit Legatum Ga-  
 landam, qui Clericis Ecclesiæ Roschil-  
 densis Lundim vocatis Bullam recitari  
 præcepit, in qua Absoloni injungebatur,  
 ut se voluntati eligentium submitteret,  
 addita excommunicationis comminatio-  
 ne, nisi morem gereret. Clericos Ec-  
 clesiæ Lundensis ei fidem jurare jussit,  
 Pallium Archiepiscopale, quod attule-  
 rat, in Ecclesia Lundensi tradidit, & altera  
 die Homerum Episcopum Ripenensem  
 ordinanti adfuit. Ceterum Galandus Hist. Gent.  
 Legatione sua integerrime functus, hie- Dan. 1178.  
 me in Dania exacta, Romam reversus Chron. Cla-  
 est. Esquilus autem anno sequente reval. 1181.

*Hist. Eccles. Tom. XVIII.* C mille-

Sæcul. XII. millesimo centesimo septuagesimo octa-  
A.C. 1177. vo ad Abbatiam Claravallensem se re-  
 cepit, sumtoque habitu Monastico, post  
 triennium, anno millesimo centesimo o-  
 ctogesimo primo, sancto fine quievit.

## §. X.

*Guilielmus Parisiensis Abbas in  
 Dania.*

*vit. ap. Boll.*  
*6. April. to.*  
*9. p. 625.*

*Sup. Lib.*  
*LXIX.*  
*§. 22.*

Aliquot abhinc annis Absolon Guiliel-  
 mum Canonicum Regularem S. Ge-  
 novæ Parisiis, ut hujus Congregatio-  
 nis Regulam inveheret, in Daniam ad-  
 vocaverat. Guilielmus sub annum mil-  
 lesimum centesimum quintum natus,  
 puerulus Monachis ad S. Germanum de  
 pratis traditur, ut educaretur sub cura  
 Hugonis Abbatis, patru sui, cujus ope-  
 ra deinde Præbendam in Ecclesia S. Ge-  
 novæ, in qua tunc Canonici Sæcula-  
 res ministrabant, obtinuit. Cum dein-  
 de auctoritate Eugenii Papæ anno mil-  
 lesimo centesimo quadragesimo septimo  
 hoc Monasterium reformatum fuit, ne-  
 mo Guilielmo ferventius Institutum Re-  
 gulare amplexus est. Inde Absoloni,  
 tunc Parisiis Minervæ vacanti, arcto a-  
 micitiæ fœdere junctus est. Quare  
 Absolon ad Ecclesiæ Roschildensis regi-  
 men admotus reperto in quadam Insula  
 Diœcesis suæ, vulgo *Eschil*, Canonico-  
 rum,

rum, vitæ infamia laborantium mona-  
 stero, in quo præter nomen nihil Regu-  
 lare erat, animo constituit ibidem Gui-  
 lielmum S. Genovevæ Abbatem præfi-  
 cere & Regulæ rigorem introducere.

Itaque misit in Franciam Saxonem,  
 Ecclesiæ suæ Præpositum, cognomento  
 Grammaticum, qui Historiam Daniæ  
 scripsit stilo eleganti, ac dictione latina  
 supra barbariem sæculi sui longe eleva-  
 to. Is ubi Parisios pervenit, Abbati  
 S. Genovevæ Absolonis Episcopi reddi-  
 dit literas, in quibus enixe rogabat, ut  
 Guilielmum cum tribus aliis viris Reli-  
 giosis ad se dirigeret. Annuit ejus pe-  
 titioni Abbas, consentiente Capitulo,  
 anno, ut conjicere est, millesimo cente-  
 simo septuagesimo primo. In Daniam  
 advenientes piissimo affectu complexus  
 est Waldemarus Rex, atque Absolon E-  
 piscopus, qui paucos post dies Guiliel-  
 mum in Insula *Escbil* Abbatem eligi cu-  
 ravit. Verum tam arduum erat nego-  
 tium, in illo loco novam Congregatio-  
 nem condere, ut tres ejus focii, cum nec  
 paupertatis nec frigoris sub isto climate  
 rigorem tolerare possent, de successu  
 desperantes in Franciam viam relegerint.  
 Guilielmus quoque reditum cogitabat;  
 sed ab Episcopo permotus, tandem insi-  
 gni patientia & perseverantia Discipli-  
 nam Regularem in illo Monasterio, at-

Sæcul. XII.  
 A.C. 1177.

vid. Papeb.  
 comm. præv.  
 n. 20.

Sæcul. XII.  
A.C. 1177.

Mart. Rom.  
6. Apr.

que etiam in alio, S. Thomæ sacro, quod in vicinia fundaverat, stabilivit, & postquam Abbas fuit annis triginta, e vita excessit, annos natus octoginta octo, anno salutis millesimo ducentesimo secundo, die mensis Aprilis sexta, qua eum Ecclesia Sanctorum Catalogo adscriptum colit.

§. XI.

*Petrus Cardinalis S. Chryfogni Legatus in Francia.*

Anno millesimo centesimo septuagesimo sexto Alexander Papa Legatum in Franciam miserat Petrum Cardinalem Presbyterum, Tituli S. Chryfogni, olim Episcopum Meldensem electum, qui diu illius Ecclesiæ reditus sibi servavit. Tempus hujus Legationis cognoscitur ex Epistola Papæ, ad Archiepiscopos Lugdunensem, & Bituricensem, eorumque Suffraganeos, Ferentini duodecima die Aprilis, data. Unde infertur, quod scripta fuerit ante profectionem Pontificis in Longobardiam. Præcipit autem his Præsulibus, ut ei tanquam Legato Sacræ Sedis obediant. Iterumque id cognoscitur ex alia Epistola in eadem causa ad omnes Francos Anagninæ die vigesima secunda ejusdem mensis data. Pontifex Ferrariæ commorans, pacis fœdera cum Impe-

to. 10. Conc.

p. 1492.

ep. 9. *ibid.*

ep. 10.

ep. 8.

Imperatore initurus Petro Legato suo Sæcul. XII.  
A.C. 1177.  
 scripsit; urgeret celebrari nuptias solem-  
 niter promissas inter Richardum filium  
 secundo natum Regis Angliæ, & Alisiam  
 Regis Franciæ filiam, si autem Rex An-  
 gliæ admonitus post dies quadraginta  
 non obtemperaret, Legatus omnes ejus  
 Ditiones Interdicto subjiceret, ac Archi-  
 episcopis Cantuariensi & Burdegalensi  
 atque Episcopo Pictaviensi præciperet,  
 ut censuræ omnes obedirent. Legatus, Roger. Ho-  
ved. an. p.  
570.  
Gervas.  
p. 1442.  
 quod sibi imperatum fuerat, executus  
 est, & Rex Henricus, qui in Anglia ver-  
 sabatur, hac re comperta ad Papam ap-  
 pellavit, celeriterque in Normanniam  
 navigavit; ubi Ludovico Regi in oppi-  
 do *Iuri* vigesima secunda Septembris  
 anno millesimo centesimo septuagesimo  
 septimo, Legato & utriusque Regni O-  
 ptimatibus præsentibus, collocutus, pa-  
 cis perpetuæ fœdera sancivit, ac ambo  
 Reges Hierosolymam peregrinantium  
 Crucem se suscepturos, junctisque viri-  
 bus expeditionem aggressuros, promi-  
 serunt. Quod nunquam effectui da-  
 tum.

## §. XII.

*Manichæi Tolosæ.*

Inter hæc Manichæorum pestis Tolosæ Gervas.  
p. 1441.  
 & in finibus latius grassabatur. Quod  
 ex Epistola Raimundi V. Comitis, ad Ab-  
 batem

Sæcul. XII.  
A.C. 1177

batem & Capitulum generale Cisterciensium data, dispicimus, in qua dicit: *Hæresis ista etiam Sacerdotes, quis credat? corruptit. Ecclesiæ deseruntur & collabuntur, Baptismus petentibus denegatur, Eucharistia, ut abominatio, damnatur, contemnitur Pœnitentia, Creatio hominis, Resurrectio carnis, Mysteria omnia rejiciuntur, denique duo statuuntur Principia. Nemini hominum istorum impietatem compescere curæ est. Ego quidem ense, quem a Deo accepi, contra Hæreticos non gravate utar; sed intelligo, vires meas tanto malo minores esse, cum sanguinis nobilitate præcipui, in ditionibus meis depravati, magnam plebis multitudinem in errorem trabant. Ad vos ergo convertor, a vobis consilium, opem, & ad Deum preces exposco. Gladius spiritualis non sufficiet, sed ensis potestatis secularis adhibendus est; quare exopto Regem Franciæ ad nos divertere, quod spes sit, Regia præsentia manum oppressum iri. Faciam, ut ei urbes pateant, oppida & arces ejus potestati committam, ostendam Hæreticos, sanguinem & vitam, si ad conterendos Jesu Christi hostes opus fuerit, dabo (\*).*

Hac

(\*) Gladius spiritualis non sufficiet, saget in diesem Schreiben Raimundus Graf von Toulouse,

Hac re ad Reges Franciæ & Angliæ, Sæcul. XII.  
post confirmata pacis fœdera, delata, A.C. 1177.

C 4

anno

*Roger. p. 573**Rob. de Mon-*

louse, welches er von den Kirchencensuren ver-  
steht. *tei an. 1178.*

Die Widersprüche Windheims in dem allge-  
meinen Kirchenrechte der Protestanten sind lustig  
zu lesen. Er saget auf der 411. Seite: Andere  
sagen das Bannrecht sey nichts als ein Zeit-  
recht. Auf diese Weise helfen sich die Ver-  
nünftigsten. . . sie geben also zu, daß es  
von Gott komme, aber daß es in den fol-  
genden Zeiten seinen Werth verlohren habe.  
Windheim selbst aber vertheidiget solches als ein  
ewiges Recht, und sezet hinzu auf der 412. Seite:  
Alle Ausflüchte können dieses Recht nicht  
umstossen. Zum Beschluß des Absatzes saget er:  
Allein nach und nach hat man dieses Recht  
wieder aufgehoben und abgeschaffet.

Nun nach der eigenen Meynung des Wind-  
heim, kömmt die Excommunication, oder Aus-  
schliessungsrecht in der Kirche Christi von Gott  
her und ist ein ewiges Recht. Nichts destowe-  
niger aber gesteht er, daß solches in seiner Kirche  
aufgehoben und abgeschaffet sey. Allein, Herr  
Windheim, solte das wohl die rechtglaubige Kir-  
che Christi seyn, in welcher man ein Gesetz, das  
von Gott herkömmt und ewig ist, aufhebet, und  
abshaffet? Wir wollen aber hören, was er auf der  
413. Seite von dem Gebrauche der Ausschließung  
oder Excommunication in der römischen Kirche  
unverschämt daher schwäget. Es heisset: Man  
widersezete sich diesem Rechte, weil man es  
unter



Secul. XII. anno millesimo centesimo septuagesimo  
A.C. 1178. octavo constituerunt, Tolosam ipsi mo-  
 vere,

unter der Gestalt betrachtet, wie es sich in der römischen Kirche in den vorigen Zeiten darstellte. Wenn man es so ansiehet, so ist es allerdings ein gefährliches Recht. . . . Allein diese Ursache fällt weg, wenn man die Mißbräuche von demselben absondert. Ein Excommunicirter . . . verliert nichts von seinen bürgerlichen Rechten. Allein in der römischen Kirche wird er aller seiner Glückseligkeit auf einmal beraubt. Er verliert alle seine Rechte. Man geht mit ihm als mit einem Viehe um. Die Folgen sind abscheulich. 2c.

Wenn Windheim, so oft er von der Lehre der römischen Kirche redet, für eine jede Unwahrheit von seinen Schülern einen Reichsthaler zur Belohnung empfieng, so würde er schon längst der reichste Mann in ganz Niedersachsen geworden seyn. Wenn er aber so viel Billigkeit und Liebe zur Wahrheit besäße, so würde er die Bücher der katholischen Gottesgelehrten lesen, und darinnen finden, daß die Excommunication in der römischen Kirche den Verbannten nur von dem Genuße der heiligen Sacramente ausschließet, ihn aber keines einzigen zeitlichen Rechtes beraubt. Windheim redet immer von den Mißbräuchen der römischen Kirche in den vorigen, wie auch auf der 413. Seite, er kann aber so wenig als andere Protestanten bestimmen, wo denn nichts destoweniger in den vorigen Zeiten eine andere Kirche

vere, Hæreticos e sedibus illis & tota Sæcul. XII.  
 provincia ejecturi. Postea autem am- A.C. 1178.  
 bobus satius visum, Regiam Majestatem  
 periculo non exponere, sed viros sapien-  
 tes, ac errantibus convertendis idoneos,  
 illuc mittere. Negotium igitur manda-  
 runt Legato Sedis Apostolicæ, Petro  
 Cardinali tituli S. Chrysogoni, Guarino  
 Archiepiscopo Bituricensi, Pontio Archi-  
 episcopo Narbonensi, Renaldo Episcopo  
 Bathoniensi in Anglia, Joanni Episcopo  
 Pictaviensi, Henrico Abbati Claræval-  
 lensi, pluribusque aliis viris Ecclesiasti-  
 cis, qui Hæreticos converterent, vel sal-

C 5 tem

zu finden war, welche für die Kirche Christi hätte  
 können angesehen werden.

Er saget, um seine Meinung von der Ewig-  
 keit des Rechtes die Bösen aus der Kirche auszu-  
 schließen zu behaupten\*: Man pfleget auch\* auf der 415.  
 sonst zu sagen, daß der abänderliche Miß- Seite.  
 brauch den Gebrauch der Sache nicht auf-  
 hebe. Warum gilt diese Regel hier nicht? Gut  
 und gründlich. Allein warum haben die Herren  
 Protestanten zur Zeit ihrer vorgeblichen Refor-  
 mation diese Regel ausser Acht gelassen? Warum  
 haben sie mehr unternommen als nur auszuwirken,  
 daß man die Mißbräuche in der römischen Kir-  
 che bessern sollte? Warum haben sie auch das  
 Band der geistlichen Gemeinschaft und der Einig-  
 keit, das erste und nothwendigste Zeichen, womit  
 ein Christ versichert seyn kann, daß er in dem  
 Schaafstalle Christi sey, zerrissen und aufgehoben?

**Sæcul. XII.** tem erroris convincerent & damnarent.  
**A.C. 1178.** Ut vero præsidium quoque veritati pa-  
 rarent, ambo Reges Raimundo Comiti  
 Tolosano, Vicecomiti Turenno, Rai-  
 mundo Castri Novi, aliisque Principibus  
 imperarunt, ut quæ Episcopi decrevis-  
 sent, ipsi armata manu exequerentur.

*Epist.*  
*Clarav. ap.*  
*Rog. p. 577.*  
 Petrus Mo-  
 ranus.

Ubi Legatus ceterique Episcopi To-  
 losam pervenerunt, certiores fiunt, Hæ-  
 reticorum Ducem Principemque esse  
 quemdam nomine Petrum Moranum,  
 senem, cui duæ essent munitæ arces, al-  
 tera in urbe, altera extra mœnia posita,  
 opes magnæ, multi consanguinei, affines,  
 amici, denique virum quem plerique in-  
 ter cunctos civitatis Magnates præci-  
 puum haberent. Is S. Joannem Evan-  
 gelistam se esse dicebat, & Verbum, quod  
 in principio in Deo erat, ab alio Verbo,  
 tanquam ab alio Deo separabat. Ipsum,  
 licet hominem laicum & rudem, ceu  
 Doctorem & Præceptorem colebant ce-  
 teri, noctuque in ejus ædes convenie-  
 bant, ubi vestem indutus, Dalmaticæ  
 speciem referentem, prædicabat, omni-  
 bus tam terribilis, ut nemo præcipienti  
 obistere auderet, quamvis ceteroquin  
 illi Hæretici essent insolentissimi homi-  
 num; nam Præsules Catholicos, Tolo-  
 sam intrantes, publice in plateis ludibrio  
 exceperunt, digito ostenderunt, eos A-  
 postatas, Hypocritas, & Hæreticos appel-  
 lantes.

lantes. Verum elapsis inde aliquot diebus, cum aliquis Catholicorum dixisset ad populum, Hæretici se se occultare cœperunt, ac communi consilio statuerunt, si secundum formam Judicii interrogarentur, simulare, se omnia credere, quæcunque Catholici crederent.

Porro, jubente Legato, Episcopus Tolosanus, non nulli Clerici, Consules, aliique viri Catholici juramentum ediderunt, quod nomina omnium illorum, quos Hæresi infectos novissent, deferre vellent, ac nemini parcere. Cumque Commentarius singulis diebus augeretur, inter alios Petrus Moranus adscriptus occurrit. Visum Judicibus, quæstioni initium, interrogando Petrum, dandum esse, misitque Comes Tolosanus apparitores, qui ipsum vocarent. Is primum imperium sprexit. Cum vero Comes tum blanditiis, tum minis adhibitis eum ad obediendum permovisset, in conspectum Episcoporum venit. Cui Judicem aliquis: *Petre, cives tui te accusant, quod in Hæresim Arianorum lapsus sis* (nam multi hos Manichæos Arianos esse dicebant) *& casu tuo plurimos alios in ruinam trabas.* Petrus Moranus, alte suspirans, negavit, sibi & istorum hominum censui ullam communionem esse. Quærentibus deinde, an id jurejurando affirmare auderet, respondit,

Sæcul. XII.  
A. C. 1178.

dit, sibi spectatæ virtutis & optimæ famæ viro, sine juramento quidquam affirmanti, credendum esse. Urgentibus tamen Mandatariis juraturum se promissit, timens ne si pertinaciter jurare recusaret, pro convicto Hæresis sibi objectæ haberetur, quæ juramentum omne damnabat. Illico magna pompa afferuntur Sanctorum Reliquiæ; at Clericis Hymnum S. Spiritus cantantibus Petrus perturbatissimo animo expalluit.

Juravit tamen publice, vera se responsurum esse de omnibus Articulis Fidei, de quibus interrogaretur. Cumque aliquis Evangeliorum librum, quem jurans contigerat, temere aperuisset, oc-

*Matth. 8. 29.* currerunt illa verba: *Quid nobis & tibi Jesu, Fili Dei, venisti hic ante tempus*

*Sup. Lib. XXXIV. §. 31.*

*torquere nos?* Quod de hisce Hæreticis dictum non nulli crediderunt, ex quorum animis vetus illa de sorte Sanctorum superstitio necdum exoleverat. Tum Petrus Moranus monitus, ut juramenti sui memor esset, & interrogatus, quid de Sancto Altaris Sacramento sentiret, affirmavit, panem a Sacerdote consecratum non esse Jesu Christi corpus. Tunc vero Mandatarii, lacrymis madentes, surgunt, & Comiti significant, se Petrum ut Hæreticum condemnare. Qui illico carceri publico includitur, propinquus ejus ad fidejubendum compulsis.

Pœnitentia  
Hæretico-  
rum.

Hoc

Hoc rumore in urbem sparso Catholicis Sæcul. XII.  
 animus rediit, consternatis Hæreticis. A.C. 1178.

Interim autem Petrus Moranus, cum præsentissima mors oculis obversaretur, saniora arripuit consilia & emendationem promisit. Ergo sola interula tectus advocatur, publice se Hæreticum confitetur, errorem damnat, & addita fidei iussione, Comiti, viris Nobilibus, & civium præcipuis spondet, se mandatis Legati esse obtemperaturum. Monitus deinde populus; altera die ad Ecclesiam S. Sernini, Pœnitentiam Petri conspecturus, conflueret.

Tanta autem illa die populi frequentia fuit, ut vix commodus locus superesset Sacerdoti, ad Altare Sacris operanti. Petrus per majorem Ecclesiæ portam, principi aræ adversam, introducitur, indusio solum tectus, nudis pedibus procedens, atque hinc ab Episcopo Tolosano, inde ab Abbate S. Sernini verberatur, usque dum ad pedes Legati, in gradibus Altaris stantis, pervenisset. Ibi abjurata Hæresi Ecclesiæ reconciliatur. Omnia ejus bona Fisco addicuntur, & pœnitentia injungitur; intra quadraginta dies, relicta Tolosana Regione, Hierosolymam proficisceretur, in Palæstina per annos tres pauperibus serviturus. Interim singulis Dominicis cogebatur, Ecclesias Tolosanæ civitatis adire,

re,

Sæcul. XII. re, nudis pedibus, indusio tantum vesti-  
 A.C. 1178. tus, Clericis ejus dorsum cædentibus.  
 Præterea bona Ecclesiæ, quæ usurpave-  
 rat, & usuras restituere, damna paupe-  
 ribus illata resarcire, atque arcem, in  
 qua conventus Hæreticorum celebra-  
 fuerant, solo æquare jussus est.

## §. XIII.

*Manichæi in Territorio Albigenfi.*

**H**enricus Abbas Clarævallis licen-  
 tiam domum redeundi impetravit,  
 quod tempus celebrandi Capitulum ge-  
 nerale Ordinis sui immineret, ea vero  
 conditione, ut cum Episcopo Bathonien-  
 si ad Diœcesim Albigensem diverteret,  
 & Rogerium *de Beders*, Ditionis illius  
 Dynastam admoneret; Episcopum Al-  
 bigensem, quem, custodiæ Hæreticorum  
 traditum, captivum tenebat, libertati  
 restitueret, Hæreticos autem ex toto Al-  
 bigensi Territorio pelleret. Cum igitur  
 Abbas Clarævallis & Episcopus Ba-  
 thoniensis illam provinciam, nempe præ-  
 cipuum Hæresis refugium, intrassent,  
 Rogerius in locis inaccessis delituit. E-  
 piscopus vero & Abbas ad Arcem quam-  
 dam ejus munitissimam se conferunt, u-  
 bi Rogerii uxor, amplissima familia, mi-  
 litesque versabantur, omnesque præterea  
 accolæ vel hæretici erant vel Hæresis fau-  
 tores. Ibi duo Præsules veram Fidem  
 prædi-

prædicant, Hæreticis nec hiscere audenti- Sæcul. XII.  
 bus, Rogerium proditorem, Hæreticum, A.C. 1178.  
 perjurum proclamant, quod Episcopum  
 violasset, cui securitatem jurejurando  
 promiserat, & tandem absentem & con-  
 tumacem publice excommunicationis  
 censura adstringunt, quin etiam provo-  
 cant, videlicet nomine Papæ & duorum  
 Regum, uxore ipsius & Equitibus præ-  
 sentibus, ei bellum dicunt.

Episcopus Bathoniensis cum sociis Epist. Petr.  
 suis Vicecomite Turenno & Raimundo Card. ap.  
 de Castro novo in regione Albigensi a- Reg. p. 575.  
 lios quoque duos Hæreticorum Duces  
 deprehendit, Raimundum *de Bainiac* &  
 Bernardum *de Raimond*, conquerentes,  
 quod injuste a Comite Tolosano, cete-  
 risque Optimatibus proscripti fuissent.  
 Promittebant vero, venturos se in Le-  
 gati Cardinalis conspectum, & fidem  
 suam defensuros, si securitas qua venire  
 & redire possent, concederetur. Con-  
 cefferunt Episcopus & duo Optimates,  
 quod illi petebant, ne scandali occasio  
 præberetur rudibus, si ipsorum Docto-  
 res inauditi damnati fuisse videri pos-  
 sent. Tolosam ergo se conferunt, ubi  
 Petrus Cardinalis S. Chrylogoni, ac Epi-  
 scopus Pictaviensis, qui & ipse Sacræ Se-  
 dis Legatus erat, cum Comite Tolosano,  
 & viris ferme trecentis cum Clericis tum  
 Laicis,



Sæcul. XII. Laicis, in Ecclesiam Cathedralem S. Ste-  
 A.C. 1178. phani convenerant.

Cum Legati duos Hæreticos fidem suam exponere jussissent, ipsi Chartam prælegere cœperunt, in qua fides eorum prolixè explicabatur. Tum Petrus Legatus, notatis quibusdam vocibus, quæ ipsi suspectæ videbantur, petiit, ut latine responderent, tum quod ipsi eorum lingua non satis esset nota, tum quod Evangelia & Apostolorum Epistolæ (non enim ex aliis sacris libris fidem suam confirmabant) latine essent scriptæ. Nempe Hæretici lingua in illa Regione vulgari utebantur, qua plebs hodieque ibi utitur, nosque Vasconicam appellamus, Legati autem & ceterorum Præsulum plerique lingua Francorum loquebantur. Sed illos linguam Latinam penitus ignorare illico patuit, nam cum alter eorum latine vellet loqui, vix duo verba jungere potuit, & obmutuit. Quare ob eorum ignorantiam necesse fuit, de Sacramentis Ecclesiasticis vulgari sermone disputare, quod absurdum videbatur. Quippe illa adhuc ætate linguis nostris vulgaribus, cum essent valde impolitæ, vix quisquam scribere, aut eas in negotio serio adhibere audebat.

Itaque Raimundus & Bernardus duo principia negarunt, & publice confessi sunt, unum dari Deum, visibillum omnium

omnium & invisibilium Creatorem. Sæcul. XII.  
 Quod etiam ex novo Testamento proba- A.C. 1178.  
 runt. Confessi sunt quoque, quod Pres-  
 byter sive bonus sive malus Evcharistiam  
 conficere possit, & quod in ea panis &  
 vinum in substantiam Corporis & San-  
 guinis Jesu Christi vere mutantur. Quod  
 parvuli vel adulti nostro Baptismate  
 abluti salventur, & nemo Baptismo non  
 recepto salvari possit, inficientes se alium  
 Baptismum aut manuum impositionem  
 habere. Quod conjuges matrimonii  
 licentia utentes salutem consequi pos-  
 sint. Quod etiam Episcopi, Presbyteri,  
 Monachi, Canonici, Eremitæ, Templarii  
 & Hospitalarii salvandi sint. Dignum  
 quoque & justum esse dicebant, Eccle-  
 sias Deo & honori Sanctorum sacras de-  
 vote adire, Sacerdotes honorare, eis  
 Decimas & Primitias ceteraque alia de-  
 bita persolvere. Tandem mereri lau-  
 dem, qui Ecclesiis & pauperibus eleemo-  
 synas largirentur. Nempe hæc omnia  
 negare dicebantur.

Inde in Ecclesiam S. Jacobi deducun-  
 tur, ubi præsentem populi innumerabili  
 multitudine eorum Fidei Confessio, vul-  
 gari sermone in charta conscripta præle-  
 gitur, & quia Catholica videbatur,  
 iterum interrogantur, an esset sincera.  
 Respondent, se ista credere & nunquam  
 aliam fidem tenuisse. Tunc vero Co-  
 Hist. Eccles. Tom. XVIII. D mes

Sæcul. XII. A. C. 1178. mes Tolofanus, pluresque alii Clerici & Laici, magno zelo in eos inveci, mendacii arguebant. Atque aliqui affirmabant, audivisse se suis auribus eos docentes; duos dari Deos, alterum bonum, alterum malum. Bonum, qui invisibilia tantum, eaque quæ nec mutari nec corrumpi possunt, creasset, & malum, qui cœlum, terram, hominem ceteraque visibilia condidisset. Alii asserebant, se audivisse prædicantes; Corpus Christi non confici per ministerium Sacerdotis indigni, aut criminibus irretiti. Alii testabantur, adfuisse se, cum docerent, virum cum uxore salvari non posse, si alter alteri debitum conjugale reddat. Alii in faciem exprobrabant, ipsos dixisse, Baptismum parvulis non prodesse, pluraque alia, quæ sine blasphemia affirmari non possent, & omnes Christiani abominarentur.

Manichæi.

*Matth. 5.**Hebr. 6.**Psal. 109.*

Raimundo & Bernardo respondentibus, falsos esse hosce testes, instabant Judices, ut scriptam suam Fidei confessionem juramento firmarent; quod ipsi recusarunt, dicentes Christum Dominum id prohibuisse illis verbis: *Nolite omnino jurare.* His objectum est, quod S. Paulus dixerit: *Omnis controversiæ finis est juramentum.* Et juramentum Dei ipsius adducat: *Juravit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchi-*

*Melchisedech.* Plura alia S. Scripturæ Sæcul. XII:  
A.C. 1178.  
verba citata, ex quibus probatur, pro-  
pter illorum infirmitatem, quibus ali-  
quid suademus, licitum esse jurare.  
*Ceterum viri Idiotæ non intelligebant,*  
*se ipsos Fidei suæ Confessione, scripto*  
*traditæ, juramentum apposuisse, in illis*  
*verbis: in Veritate, quæ Deus est, ita*  
*credimus &c. nesciebant, rudes homines,*  
*quod, Veritatem & Verbum Dei in*  
*testimonium assertionis nostræ adducere,*  
*jurare sit. Sicut juravit Apostolus,* 1. Thes. 4. 14.  
*quando dixit: Hoc vobis dicimus in Ver-*  
*bo Dei. Et alibi: Testis est mihi Deus!* Rom. 1. 9.  
Hæc Petri Legati adnotatio est, in Epi-  
stola, ex qua narrationem istam acce-  
pimus.

Satis jam constabat, Raimundum &  
Bernardum tanto testium numero Hæ-  
resis esse convictos, pluresque alii testi-  
monium contra eos dicturi erant; ni-  
hilominus quia Ecclesia consuevit, re-  
deuntibus misericordiæ gremium non  
negare, monuit Legatus, ut omni Hæ-  
retica pravitate deposita, ab excommu-  
nicationis Censura, quam contra eos Pa-  
pa, Archiepiscopi Bituricensis & Narbo-  
nensis, Episcopus Tolosanus & ipse Leg-  
tus tulerant, absolvi suppliciter peterent.  
Sed obstinate in errore perseverante  
duo Legati, accensis cereis, præsentem  
populo, furiose fremente, iterum ex

**Sæcul. XII.** communicatos denunciarunt. Id testa-  
**A.C. 1178.** tum facit Petrus Legatus in sua Epistola  
 ad omnes Fideles directa, in qua monet  
 & exhortatur in Domino, ut Raimun-  
 dum & Bernardum, eorumque compli-  
 ces, tanquam excommunicatos & Sata-  
 næ traditos caute devitent, atque e fini-  
 bus suis expellant.

## §. XIV.

*S. Anthelmi Episcopi Bellicensis  
 extrema.*

*vit. ap. Sur.* **H**ic annus salutis millesimus centesimus  
*26. Jun.* septuagesimus octavus S. Anthelmo,  
*c. 18.* Episcopo Bellicensi, vitæ supremus fuit.  
*Sup. lib.* Ex quo Episcopatum suscepit, rigorem  
*LXX. §. 65.* Instituti sui non modo non laxavit, sed  
 auxit. Officio Missæ non in suo Orato-  
 rio, sed in Ecclesia Cathedrali cum Ca-  
 nonicis operabatur, ut majore decore  
 res Divina perageretur. Hoc sacrifi-  
 cium autem singulis ferme diebus offe-  
 rebat, quod ipsi, antequam ordinatus  
 fuit Episcopus, raro concedebatur. Sunt  
 hæc verba Auctoris, qui ejus vitam scri-  
 psit. Nimirum inter Cartusienses, etiam  
 in Die Dominica, vix unquam alia, quam  
 Missa Conventualis celebrabatur. Idque  
 Statuta Guidonis innuunt. Anthelmus  
 nihil magis exoptabat, quam efficere,  
 ut Clericorum suorum vita pudica esset;  
 quam

*e. 7. n. 4.*

*vit. c. 19.*

quam ob rem sex septemve Presbyteros, Sæcul. XII:  
A C. 1178.  
antea maxima caritate monitos, cum pel-  
lices ejicere nollent, deposuit.

Humbertus Comes Sabaudia quem-  
dam Presbyterum carceri includi jusse-  
rat, quem cum S. Episcopus, invito Præ-  
tore, voluisset eripere, prætoriani fugien-  
tem necaverant. Præterea comes jus  
sibi esse in quasdam Ecclesiæ terras dice-  
bat, affirmabatque ad suam pertinere  
ditionem. Hortabatur Anselmus Prin-  
cipem; Bona Ecclesiæ intacta relinque-  
ret, & Presbyteri cædem congrua pœ-  
nitentia elueret, addita fulminis Eccle-  
siastici comminatione. Verum Comes  
vicissim Præsuli minabatur, cum diceret,  
se Papali privilegio esse munitum, ne  
a quoquam alio excommunicari posset.  
Anselmus imperterritus excommunica-  
tionis sententiam in eum, & quidem  
tunc præsentem pronunciavit. Hum-  
bertus in furorem agi videbatur, aje-  
bantque audientes, tantam Episcopi te-  
meritatem haud leviolem quam mortis  
pœnam mereri. Sed Præsul in isto  
quoque periculo impavidus, formulam  
censuræ adhibitis verbis acerbioribus re-  
petiit, se mortalium felicissimum existi-  
maturus, si ei pro bona causa Marty-  
rium pati datum fuisset. Comite dein-  
de apud Papam conquerente, quod suum  
privilegium fuisset violatum, Alexander

c. 20.

c. 21.

D 3

S. Pe.

Sæcul. XII. S. Petro Tarentasiensi adhucdum in vi-  
A.C. 1178. vis agenti, alterique Episcopo, datis lite-  
 ris præcepit; permoverent Anthelmum  
 ad absolvendum a censura Comitem, vel  
 Episcopo Bellicensi, cujus constantiam  
 alias exploratam habebat, imperium de-  
 tractante, ipsi absolverent. Episcopi  
 accepta mandata exequuntur, urgent-  
 que Anthelmum, ut Papæ obediret, &  
 Principem mitigaret. Quibus ille: *Qui*  
*juste ligatus est solvi non debet, nisi*  
*prius per Penitentiam offenso satisfac-*  
*erit. Nec S. Petrus accepit potestatem*  
*ligandi vel solvendi ea, quæ non oport-*  
*et. Scitote igitur, me sententiam se-*  
*mel latam nunquam revocaturum.* Ita  
 ambo Præsules recesserunt, ultra quid-  
 quam moliri non ausi. At Papa, re com-  
 perta, Comitem absolvit, & sublata cen-  
 sura Anthelmum certiozem fecit.

Id vero S. Virum usque adeo offen-  
 dit, ut relicta Sede sua ad Cellulam Mo-  
 nasterii Cartusienfis redierit. Sed tota  
 provincia optimi Patris absentiam de-  
 flente, Clerici Bellicenses a Summo Pon-  
 tifice literas impetrarunt, quibus ille  
 compulsus Sedem suam Episcopalem re-  
 petiit. Porro Comes Sabaudia se legi-  
 time absolutum non credidit, nec Eccle-  
 siam ante intrare præsumsit, quam se co-  
 ram S. Præsule supplicem demississet, ac  
 ab eo absolutionem obtinuisset. Quia  
 autem

autem errata non emendabat, nec promissa implebat, nova successit discordia. Sæcul. XII.  
A.C. 1178.

Nihilominus illo etiam tempore, quo Comes Præfulem oderat, & minas effundebat, magna tamen ejusdem reverentia continebatur. Quippe singularis Anthelmi virtus ingentem ei auctoritatem conciliaverat, totus Ordo Cartusienfis tanquam sibi Præpositum venerabatur, omnesque ei Priores suberant. Ipse ferventi zelo vigilabat cavebatque, ne cuicumque relaxationi locus daretur. Quando Conciliis aut aliis cœtibus, ubi de rebus sæcularibus agebatur, intererat, tam Episcopi quam alterius cujusque Ordinis Viri Anthelmo cedebant; ipsa Romana Curia Præfulem reverebatur. Licet enim nihil reprehensione dignum, in quocumque hominum genere id deprehenderet, dissimularet, quia tamen ejus admonitiones nullo alio ex fonte, quam ex pura Caritate proficiscebantur, plerique modeste acquiescebant. Ceterum in peccatores pœnitentiam agentes lacrymans ipse cum lacrymantibus indulgentissimus erat.

Extremo morbo decumbentem Anthelmum non nulli hortabantur, ut Comiti Sabaudix, namque tenebat adhuc diffidium, ignosceret. Quibus ipse:

*Nunquam reconciliabitur, nisi injustam*

*postulationem dimittat, ac spondeat, ni-*

D 4

bil

c. 23.

c. 24.

c. 25.



Sæcul. XII.  
A.C. 1178.

*hil se ab hac Ecclesia imposterum exactu-  
rum, & nisi confiteatur, se cædis in il-  
lum Presbyterum peractæ reum esse.* Ne-  
mine feverum nuncium ad Principis in  
eodem loco commorantis aures deferre  
auso, duo tandem viri religiosi Ordinis  
Cartusienſis periculosaſm legationem in  
se susceperunt. Et ecce! Princeps, Deo  
cor ejus movente, in lacrymas solvitur,  
ad S. Virum contendit, culpam fatetur,  
postulationi renunciat, & veniam rogat.  
Anthelmus impositis Principi manibus,  
Deum orat, ut ei benediceret ejusque fi-  
lio. Cum autem Comes filiam tantum  
genuisset, putabant adstantes, Episco-  
pum errore linguæ vel memoriæ labi,  
suggerebantque, benedicendum esse  
Principis filiæ. At nihilominus Vir San-  
ctus sapius Humberti filio divinum au-  
xilium & benedictionem precatus est.  
Nec sefellit vaticinium; nam paulo post  
mortem Episcopi Humberto Comiti na-  
tus est filius. Obiit autem S. Anthel-  
mus vigesima sexta die Junii anno mil-  
lesimo centesimo septuagesimo octavo,  
post receptam Dignitatem Episcopalem  
decimo quinto, septuagenario major.  
Ecclesia ejusdem memoriam in die, qua  
e vita decessit, colit. Ejus in Ecclesia  
Bellicensi Successor Rainaldus quoque  
ex majore Monasterio Cartusienſi evo-  
catus

*Mart. Rom.*  
*26. Jun.*  
*Gall. Chro.*  
*to. 2. p. 364.*

catus est, cui post annos sex Arnaldus Sæcul. XII.  
 itidem ex Ordine Cartusienſi ſuffectus. A. C. 1178.

## §. XV.

*S. Hildegardis extrema.*

Sanctum Anthelmum ad Cœlestia trans-  
 latum secuta est post trimestre S. Hil- Sup. lib.  
 degardis, Abbatissa in monte S. Ruperti LXIX. §. 37  
 prope Moguntiam, cujus Revelationes vit. ap. Sur.  
 Eugenius III. Papa ante annos triginta 17. Sept.  
 approbaverat. Ipsa hanc scriptionem  
 prosecuta est, operam commodante quo-  
 dam viro fideli, qui eam mentis suæ con-  
 ceptus latine exponere docebat, secun-  
 dum Grammaticæ regulas; quippe eas  
 simpliciter ignorabat. Revelationes e-  
 jus in tres libros collectæ sunt; plerum-  
 que in earum exordio aliqua imago rei  
 sensibilis ponitur, quam sibi conspicuam  
 factam fuisse dicit, ejusque sensus my-  
 sticos explicat. Tum exinde Doctrinam  
 morum eruit puram & solidam, stilo le-  
 gentis animum excitante & tropico; æ-  
 vi sui vitia damnat, valideque ad pœni-  
 tentiam impellit. Multas quoque scri- ap. Alb.  
 psit Epistolas, ut illis, qui eam consule- Stad. an.  
 bant, responsa daret, quas inter occurrit 1152. Fol.  
 aliqua, ceteris prolixior, ad Clericos 169.  
 Colonienses directa, immixtis vaticiniis.  
 Nam Prophetiæ dono prædita crede-  
 batur, memoratque Richerius, Mona-  
 chus Senonensis in Lotharingia, qui exin-

Sæcul. XII.  
A.C. 1178.

Chro. Senon.  
lib. IV. c. 15.  
to. 3. Spicil.

de post spatium annorum ferme triginta scripsit, Hildegardem Ordinem Prædicatorum & Fratrum Minorum in spiritu prænuñciasse; *De his enim diserte loquitur Hildegardis, ait Richerius, cum dicit, superventuros esse Fratres, spectabili tonsura, vestitu Religioso sed singularis formæ, quos populus in exordio tanquam donum Dei recepturus esset, qui nullam rem propriam sibi haberent, sed ex sola eleemosyna viverent, nihilque quo sequente die vescerentur, servarent, qui comitante extrema paupertate urbes & oppida peragrarent prædicantes, Deo & hominibus cari. Sed post breve tempus futurum, ut a primæva Instituti sui ratione discedentes vilipenderentur.* Adjicitque Richerius: *Eventus vaticinii veritatem confirmavit (\*).*

S. Hil-

(\*) Sed hic fides est penes solum Richerium, cujus auctoritas, ceteris Scriptoribus tacentibus, vix alicujus ponderis est; quia non Epistola & locus, in quo Sancta Hildegardis hæc dixerit, sed tantum verba Richerii clare indicantur, qui post spatium annorum circiter triginta ab obitu S. Virginis scripsit, ideoque, cum ea anno millesimo centesimo septuagesimo octavo decesserit, & S. Franciscus anno millesimo ducentesimo nono, Sanctus vero Dominicus anno millesimo ducentesimo decimo sexto

Disce-

S. Hildegardis miraculis quoque in-  
claruit; quippe innumera patravit, at-  
que auctor vitæ ex tot aliis speciati-  
viginti commemorat. Obiit die Domi-  
nica, decima septima Septembris, anno  
millesimo centesimo septuagesimo octa-  
vo, octoginta annos nata. Vitam ejus  
scripsit Theodoricus Abbas Benedictinus,  
annis circiter, postquam mortua fuerat,  
triginta, ex cujusdam nomine Godefri-  
di commentariis, quibus Revelationes  
& miracula addidit. S. Hildegardis me-  
moria Ecclesia in die obitus celebrat.

Sæcul. XII.  
A. C. 1178.

lib. 3.

c. 27.

Præf.

Mart. Rom.  
17. Sept.

§. XVI.

*Alexander III. Romam redit.*

Interea cum universus Romanæ Ecclesiæ  
Clerus ac populus Fridericum Impe-  
ratorem ad Alexandri Papæ pedes pro-  
stratum vidissent, & Schismatis malum  
esse extinctum, communi consilio omnes  
jurarunt, se eum ad S. Petri Sedem re-  
vocaturos, ut tandem tot malorum, ab-  
sente

Act. Alex.  
ad. Baron.  
an. 1178. n. l.

Discipulos habuisse in Fleuri Historia legantur,  
Richerius sine spiritu prophetico Fratres Ordinis  
Prædicatorum & Minores in terra ambulantes  
oculis suis conspiceret potuit. Ceterum utriusque  
Ordinis Sacri, a tempore Institutionis suæ usque  
in hanc diem de Re Catholica optime meriti,  
maxima apud Fideles veneratio est.

Sæcul. XII.  
A.C. 1178.

Sup. lib.  
LXXI.  
§. 17.

sente Summo Pastore, tam ad spiritua-  
lem animarum salutem, quam ad Reipu-  
blicæ tranquillitatem spectantium finis  
esset. Ex præcipuis igitur civium Ro-  
manorum septem cum literis Clerico-  
rum, Senatus, Populique ad eum Ana-  
gniam missis, suppliciter rogarunt, ut in  
Urbem rediret. Verum Alexandro alta-  
mente repositum manebat, quod, post-  
quam se Romani ex Francia revocassent,  
paulopost sibi injurias & contumelias in-  
tulissent, ideoque Romam non prius re-  
verti, quam sibi cives securitatem præ-  
stitissent, statuit. Hoc consilio cum se-  
ptem illis Romanorum Legatis Hubal-  
dum Episcopum Ostiensem, Rainerium  
Presbyterum Cardinalem SS. Joannis &  
Pauli, & Joannem Cardinalem Diaconum  
S. Angeli in Urbem misit, qui, postquam  
diu deliberatum, effecerunt, ut sequen-  
tia capitula statuerentur: Senatores cum  
eligerentur, fidem & homagium Papæ  
præstarent, Romani Ecclesiæ S. Petri ju-  
ra Regalia, quæ occupaverant, restitu-  
rent, pacem & securitatem Papæ, Car-  
dinalibus, eorumque bonis, ac omnibus  
ad Papam venientibus vel inde redeun-  
tibus assererent.

Ubi de his convenit, adfuere cum  
tribus Cardinalibus Senatores, qui Pon-  
tificis pedes osculati publice jurarunt,  
se memorata Capitula servaturos. Tunc  
denique

denique Alexander Papa, omnibus ad  
 reditum comparatis, in Festo S. Grego-  
 rii, duodecima Martii, nempe hoc anno  
 millesimo centesimo septuagesimo octa-  
 vo, Dominica tertia Quadragesimæ, com-  
 pleta Missa Tusculano excessit. Obvios  
 venienti se intulerunt Clerici Romani  
 cum Crucibus & vexillis, licet non ex-  
 taret memoria, id honoris cuiquam Pon-  
 tificum fuisse exhibitum. Senatores &  
 Magistratus procedebant sonantibus tu-  
 bis, Nobiles & Milites equis phaleratis  
 vecti, populus ramos olivarum portans,  
 cantans, & solitas laudes acclamans pe-  
 dibus sequebatur, cujus tanta fuit mul-  
 tudo, ut præ concursu illorum, qui pe-  
 des Pontificis osculari gestiebant, equus  
 progredi non posset, & Præsulis dexte-  
 ra, qua benedictionem impertiebatur,  
 oppido fatigaretur. Ita ad Basilicam  
 Lateranensem deductus Alexander, po-  
 pulo & Cardinalibus dimissis, in Pala-  
 tium ascendit, & antequam pranderet  
 in lectulo procubuit, ut fessos artus quie-  
 te reficeret, namque etiam senili ætate  
 gravabatur. Altera die Cardinales ad  
 Consistorium convocavit, ac innumeras  
 Clericorum Laicorumque catervas ad  
 osculum pedis admisit. Inde ad statio-  
 nes, ut in Quadragesima mos erat, pro-  
 cessit, Dominica *Lætare* sequente, inter  
 comitantibus populi preces ad S. Crucem  
 se

Sæcul. XII.  
 A.C. 1178.

Sæcul. XII. se contulit, & tandem in Festo Paschæ  
A.C. 1178. Tiaram cum corona, quæ *Regnum* dicitur,  
 gestavit.

## §. XVII.

*Callistus Antipapa subjicitur.*

*Act. ead. ap. Baron. an. 1178.* Sub finem anni superioris Antipapa  
 Joannes *de Struma*, alio nomine Callistus, comperta Alexandri & Imperatoris reconciliatione, Viterbio clam aufugiens, ad montem Albanensem venit, sub tutela Joannis, Arcis illius Domini, futurus. Imperator vero, ne suspicandi esset locus, ipso conscio hæc fieri, pro more Imperii, Antipapæ & omnibus ejus Fautoribus bellum indixit, nisi promtissime Alexandrum Papam reciperent. Cum igitur post reditum suum Tusculani ageret Papa, in Festo Decollationis S. Joannis, vigesima nona Augusti, anno millesimo centesimo septuagesimo octavo, Joannes *de Struma* ad ejus pedes cum quibusdam Clericis suis accessit, & in conspectu Cardinalium, aliorumque adstantium, peccatum suum publice confessus est, veniam rogavit, ac Schisma abominatus est. Quem Alexander Papa, ut erat mitissimi ingenii, ne quidem objurgatum recipiens, *Ecclesia Romana*, inquit, *te resipiscentem filium suum læta amplectitur, & pro malis bona reddit.* Nec factis Alexander acerbior quam verbis

*Rom. Chron.*

bis fuit; nam Joannem semper honorifice habuit, quin etiam mensæ convivam adhibuit. Porro vigesima nona Septembris non nulli Schismatici Antipapam eligere ausi sunt Landum Satinum, ex genere Frangipanum, quem Innocentium III. appellarunt. Eum quidam ex ordine Equestri, Octaviani Antipapæ frater, immani odio in Alexandrum Papam flagrans, præsidio suo tectum, in Arcem, quam more militari munitam prope Romam habebat, recepit.

Sæcul. XII.  
A.C. 1178.

Jo. de Cesc.  
1178. Acta  
Aquicinct.  
an. 1179.

§. XVIII.

*Concilium Generale convocatur.*

Alexander Papa, ut zizania longi Schismatis tempore in Ecclesia nata eveleret, Concilium Generale Romæ, prima Dominica Quadragesimæ anni sequentis millesimi centesimi septuagesimi noni, indixit; quod ex Epistola, ad Archiepiscopum Pisanum ceterosque Tusciæ Episcopos & Abbates Tusculani data, dispicimus. Vocati etiam nominatim omnes Episcopi & Abbates præcipui Ecclesiæ Latinæ; quia vero multis iter imperatum suscipiendi facultas deerat, data pecunia dispensationem obtinuerunt. Quæ res non nullis occasio crendi fuit, hanc convocationem a Curia Romana lucri causa fuisse adornatam. Ita

to. 10. Conc.  
p. 156.

G. Nenbrig.  
lib. III. c. 2.

Guiliel-



Sæcul. XII. Guilielmus Neubrigensis illius ævi Scri-  
A. C. 1178. ptor loquitur.

*Guil. Tyr.  
XXI. c. 26.*

Anno superiore millesimo centesimo septuagesimo septimo a Summo Pontifice vocati Præsules Ecclesiæ Latinæ in Oriente iter ingressi sunt, mense Octobri hoc anno millesimo centesimo septuagesimo octavo, ex quo Balduinus IV. Rex Hierosolymarum in solio sederet, quinto. Proficiscebantur Archiepiscopi duo, Guilielmus Tyriensis, & Heraclius Cæsareensis. Tum Episcopi quatuor, Albertus Bethlehemita, Rudolphus Sebaftenus, Joscelinus Acriensis, Romanus Tripolitanus, cum Petro Priore S. Sepulchri, Patriarchæ Hierosolymitani Legato, & Rainaldo in monte Sion Abbate.

§. XIX.

*Guilielmus Archiepiscopus Tyriensis.*

*Bongars.  
Præf. in  
gesta Deper  
Fri. n. II.*

Nullum istorum Præsulum fama magis celebravit, quam Guilielmum Tyriensem, quo etiam nemo elegantius aut accuratius Historiam Regni Latini Hierosolymitani nobis tradidit. Is in Oriente natus, sed parentibus Francis, in Francia literis operam navaverat. In Orientem reversum Fridericus Archiepiscopus Tyriensis, Rege Amalrico pluribusque aliis viris spectatissimis rogantibus, Ecclesiæ suæ Archidiaconum anno circiter millesimo centesimo sexagesimo septi-

septimo creavit. Illico Legationem ad Imperatorem Constantinopolitanum in negotio suscipiendæ in Ægyptum expeditionis obire jubetur; qua feliciter functus, elapsis inde duobus annis, Romam profectus est, tum ut privatas necessitudines curaret, tum ut etiam Archiepiscopi sui iram effugeret, quam insons patiebatur. Roma reducem Rex Amalricus Principis Balduini, filii sui novennis, moribus præfecit, tumque suadentibus Optimatibus aulæ suæ Cancellarium constituit. Anno millesimo centesimo septuagesimo quarto Guilielmus unanimi Clericorum populique consensu, quem Regis voluntas confirmabat, Archiepiscopus Tyriensis eligitur, atque octava die Junii in Ecclesia S. Sepulchri, Amalrici Patriarchæ Hierosolymitani manibus consecratur.

Manuel quoque Imperator Romam misit Georgium Metropolitanum Corcyrensem, Concilio interfuturum, & deinde jussu suo Fridericum Imperatorem aditurum. Sed eum, postquam Hydruntem decima quinta die Octobris anno millesimo centesimo septuagesimo octavo pervenisset, gravis morbus menses sex, quo temporis spatio celebratum est Concilium, lecto affixit. Quare ipso ab Imperatore Manuele domum revocato, ut in Concilio, quod Patriarcha

Sæcul. XII.  
A.C. 1179.

*Ep. ap. Bar.  
an. 1178.  
Allat. de  
Consc. c. II:  
n. 6.*

*Hist. Eccles. Tom. XVIII. E Con-*

ſæcul. XII. Constantinopolitanus indixerat, ſederet,  
 A C. 1179. Nectarius Abbas Caſulorum, nomine  
 Græcorum, Concilium Lateranenſe fre-  
 quentavit (\*).

## §. XX.

*Concilium Lateranenſe tertium.*

to. 10. Conc. A dſuere vero Epiſcopi trecenti & duo.  
 p. 1530. t. 12. Videlicet ex Provincia Romana  
 Spicil. p. 638 quinquaginta & unus, quorum Princeps  
 Notæ ad erat Hubaldus Epiſcopus Oſtienſis, exin-  
 Guil. Neubr. de elapſo biennio ad Summum Pontifi-  
 p. 737. catum evectus, & Lucius III. dictus.  
 Patr. Bitur. Præſules Italiæ univerſim numerabantur  
 centum ſexaginta & unus, quos inter  
 fuiſſe adnoto Romualdum Archiepiſco-  
 pum Salernitanum, & duos Græcos ex  
 Provincia Regienſi. Ex Franciæ Epiſco-  
 pis eminebant Guilielmus Archiepiſco-  
 pus Remenſis, Guarinus Archiepiſco-  
 pus

(\*) Ad hunc annum & locum Eminentis-  
 ſimus Baronius ait: *Speſtat ad ejuſdem Roma-  
 ni Concilii Acta, quod Græcorum Schismatico-  
 rum Legatus Nectarius Abbas, eadem qua ve-  
 nit animi indurata nequitia atque perversitate  
 inflexus eſt, obſtinatus, poſt prolixas diſputa-  
 tiones eſt reverſus ad ſuos, a quibus tanquam  
 in Olympiacis Victor eſt receptus. Significant  
 iſta literæ, quas ad ipſum tunc temporis de-  
 dit Georgius Corcyræ Epiſcopus, eſt ipſe ea-  
 dem fuligine tinctus.*

pus Bituricensis, antea Abbas Pontinia-  
 censis, qui exactis deinde annis duobus  
 fatis functus est anno salutis millesimo  
 centesimo octogesimo primo. Pontius  
 Archiepiscopus Narbonensis, Joannes Sa-  
 resberiensis Episcopus Carnotensis, ejus-  
 que amicus Joannes Episcopus Pictavien-  
 sis. Ex Normannia nullus alius quam  
 Ægydius Episcopus Ebroicensis advenerat,  
 & ex Anglia haud plures quam qua-  
 tuor; nam Angli affirmabant, plures ad  
 Concilium Generale mitti non debere.  
 Ex Hibernia advecti fuerant S. Lauren-  
 tius Archiepiscopus Dublinensis, Catho-  
 licus Archiepiscopus Tuamensis, & quin-  
 que vel sex alii Episcopi. Complures  
 ex Scotia missi fuerant. Inter Episcopos  
 Germaniæ occurrunt Arnoldus Archi-  
 episcopus Trevirensis, Christianus Mo-  
 guntinus, & Conradus Salisburgensis.  
 Tandem unus Episcopus ex Dania & u-  
 nus ex Hungaria, qui ultimo loco nomi-  
 natur, in eodem Concilio conspecti fue-  
 runt.

Ceterum Concilium istud celebra-  
 tum est in Ecclesia Lateranensi, ubi Papa  
 in editiore loco cum Cardinalibus, Præ-  
 fectis, Senatoribus, & Consulibus Ro-  
 manis eminebat. Sessiones vero tres  
 habitæ; prima Feria II. tertiæ Septima-  
 næ in Quadragesima, die Mensis Martii  
 quinta, anno millesimo centesimo fe-

Sæcul. XII.  
 A.C. 1179.

*Roger.*

Sæcul. XII. ptuagesimo nono. Secunda, Feria IV.  
 A C. 1179. sequentis Hebdomadæ, die decima quar-  
 ta Martii. Tertia, Feria II. Passionis die  
 decima nona ejusdem mensis.

## §. XXI.

*Concilio Lateranensis Canones.*

to. 10. Conc.  
 p. 1507.

In hoc Concilio Canones viginti septem  
 conditi; quorum primus summam  
 constituit: Ut Schismatis occasio tolla-  
 tur, si in electione Papæ plena non sit  
 Cardinalium concordia, ille Romanus E-  
 piscopus recipiatur, cui, una tantum  
 parte eligentium adversa, duæ aliæ suf-  
 fragantur. Si quis autem tantum unius  
 partis, aut paucioribus, quam duarum  
 partium, suffragiis confusus nomen Epi-  
 scopi usurpaverit, omni sacro ordine pri-  
 vetur & Excommunicationi subiaceat,  
 ac ipsi Communio non nisi in ultimis  
 concedatur. Qui eum receperint iis-  
 dem pœnis obnoxii sint. Salva auctori-  
 tate Canonum, secundum quos majoris  
 & sanioris partis sententia prævalere  
 debet. Quia si in aliis Ecclesiis dubium  
 supervenerit, id Superioris judicio pote-  
 rit definiri; verum Ecclesia Romana Su-  
 periorem non habet. Ordinationes, ab  
 Octaviano, Guidone, & Joanne Stru-  
 menti peractas, irritas esse censemus. Si  
 qui Dignitates Ecclesiasticas, seu Benefi-  
 cia ab his Schismaticis acceperunt, ca-  
 reant

l. 2.

reant impetratis. Alienationes bono-  
rum Ecclesiasticorum nullius sint firmi-  
tatis. Illos vero, qui sponte juramen-  
tum ediderunt, se schismati adhæsurus,  
ab Ordinibus Sacris & Dignitatibus su-  
spendimus.

Nullus in Episcopum eligatur, nisi  
qui trigessimum ætatis annum egerit, &  
de legitimo matrimonio natus sit, quem  
etiam mores & scientia commendent.  
Postquam autem electus & confirmatus  
fuerit, ac Bonorum Ecclesiasticorum ad-  
ministrationem acceperit, is ad quem  
spectat, beneficia, quæ ante Episcopatum  
habuerat, alteri libere conferat. Infe-  
riora etiam Ministeria, qualia sunt Deca-  
natus, Archidiaconatus & alia, quæ ani-  
marum curam habent annexam, nullus  
omnino suscipiat, nisi annum ætatis vi-  
gesimum quintum attigerit. Si vero  
intra tempus, quod Canones præfigunt,  
vel ordinem Presbyteratus vel Diacona-  
tus non acceperint, ab illo officio remo-  
veantur. Clerici, si contra formam i-  
stam quemquam elegerint, jure eligendi  
priventur, & a Beneficiis suis per trien-  
nium suspensi sint. Episcopus, si consen-  
serit, potestatem has Dignitates con-  
ferendi amittat.

Quandoquidem Apostolus se suosque  
de labore manuum suarum sustentabat,  
ut falsis Apostolis omnem cavillandi oc-  
casio-

6. 4.

1. Theff. 1.

E 3

casio-

Sæcul. XII.

A.C. 1179.

2. Theff. 3.

Canones  
Concilii La-  
teranensis.

6. 5.

caſionem ſubtraheret, & Fidelibus oneri non eſſet, emendatione dignum dignoſcimus, quod Fratres noſtri Epifcopi ad Clericos ſuos inviſentes tam graves eis exiſtant, ut ad vendendum Eccleſiaſtica ornamenta interdum compellantur, & longi temporis victus brevis hora conſumat. Quocirca ſtatuímus, ut Archiepiſcopi p̄rochias viſitantes ultra quadraginta vel quinquaginta equos non habeant, Cardinales non ultra viginti quinque, Epifcopi viginti aut triginta, & Archidiaconi ſeptem. Decani autem & Decanis inferiores duobus equis contenti ſint. Nec cum canibus avibusque ad venandum aptis proficiſcantur. Non ſuntuoſas epulas quærant, ſed cum gratiarum actione recipiant, quod honeſte & competenter ipsis fuerit miniſtratum. Epifcopi ſubditos ſuos vectigalibus & exactionibus gravare non præſumant, ſed ſi ſupervenerit neceſſitas, auxilium ex caritate præſtandum poſtulent. Epifcopus ſi aliquem ſine certo Titulo, de quo neceſſaria vitæ percipiat, in Diaconum vel Presbyterum ordinaverit, tam diu ei victum miniſtrabit, donec ei ſtipendia vitæ Clericalis in aliqua Eccleſia aſſignaverit. Niſi forte ordinatus talis ſit, qui de ſua paterna Hereditate ſubſidium vitæ accipere poſſit.

Hic

Hic primo mihi occurrit Canon, nec Sæcul. XII.  
enim antiquiorem scio, qui tituli patri- A. C. 1179.  
monialis, vel potius patrimonii, loco ti-  
tuli Ecclesiastici, mentionem faciat.

Ex abusu Appellationis nimium fre-  
quentis, alius natus erat, nimirum quod  
Episcopi quin etiam Archidiaconi, ut  
appellationem subditorum suorum ante-  
verterent, in non monitos sententiam  
Suspensionis vel Excommunicationis fer-  
rent. Concilium prohibet istud fieri,  
nisi forte talis culpa sit, quæ ipso genere  
suo excommunicationis poenam inducat.  
Inferioribus vero præcipitur, ne sine  
gravamine, vel antequam causa discus-  
sa fuerit, appellent. Si vero appellans,  
altero, qui appellatus fuerit, in iudicium  
veniente, causam neglexerit, ad com-  
pensationem expensarum damnetur.  
Inprimis expensæ istæ ad Appellationem  
Romam spectabant, quo Parti utrique i-  
ter suscipiendum erat. Præcipue, in-  
quiunt Patres, in Religiosis viris hoc  
volumus observari, ne monachi vel alii  
Religiosi, pro quacunque culpa corripien-  
di, contra Regularem Prælati sui vel  
Capituli disciplinam, sibi salubriter in-  
iunctam, appellare præsumant.

In Canone septimo dicunt; Horri-  
bile nimis est, pro Episcopis vel Abbati-  
bus in Sede ponendis, aut pro instituen-  
dis in Ecclesia sua Parochis, nec non pro

E 4 sepul-

c. 6.

c. 7.



Sæcul. XII.  
A. C. 1179.

sepultura & exequiis mortuorum, Benedictionibus nubentium, seu aliis Sacramentis aliquid exigere, ita ut qui nihil habeat quod det, ista percipere non possit. Et frustra longa consuetudo obtenditur, quia tanto graviora sunt crimina, quanto diutius animam infelicem tenuerint alligatam. Novi census ab Episcopis vel Abbatibus Ecclesiæ non imponantur, aut reddituum partem sibi tribuant. Decanos, dato pretio, in Ecclesiis non constituent, qui ipsorum nomine Jurisdictionem exercent. Non promittant vel conferant Beneficia, antequam vacent, ne alterius mortis captandæ occasio præbeatur. Beneficia vacantia intra semestre tempus conferantur, secus Capitulum negligentiam Episcopi, Episcopus Capituli, & Metropolitanus utriusque suppleat.

6. 15.

4. 8.

6. 9.

Episcopi graves querelas contra recentes Ordines Militares Templariorum, & Hospitaliariorum afferebant. Hi enim Ecclesias de manu Laicorum recipiebant, in suis vero Ecclesiis Sacerdotes instituebant & amovebant, insciis Episcopis. Excommunicatos & Interdicto subjectos ad Ecclesiastica Sacramenta & sepulturam admittebant. Indulgentia privilegiorum sibi concessorum abutebantur; nam Fratres eorum ad mendicandum emissi non solum semel in anno, sed

sed sapius Ecclesias interdictas aperiri <sup>Sæcul. XII.</sup>  
 jubebant, Fratres ex pluribus locis in <sup>A. C. 1179.</sup>  
 societatem suam referebant, quos pri-  
 vilegiatorum suorum participes efficie-  
 bant. Ceterum tantos abusus non tam  
 Præpositorum voluntas, quam Militum  
 privatorum imprudentia pepererat, quos  
 omnes Concilium Lateranense non so-  
 lum in Militaribus, sed etiam in aliis Re-  
 ligiosis Ordinibus damnavit.

Religiosi, cujuscunque sint Instituti,  
 pretio non recipiantur. Superior reci-  
 piens officio suo privetur, & ita rece-  
 ptus ad Sacros Ordines non ascendat.  
 Privato peculium non concedatur, nisi  
 ratio officii id exigat. Apud quem in-  
 ventum fuerit peculium, is excommu-  
 nicetur, sepultura in loco communi Fra-  
 trum privetur, nec Oblatio pro eo fiat.  
 Abbas, qui ista neglexerit, deponatur.  
 Prioratus vel quæcunque obedientia nul-  
 li dato pretio conferatur. Priores Con-  
 gregationum non amoveantur, nisi ob  
 graves causas, vel ut transferantur ad  
 majus officium & gradum altiorem.

Renovantur Decreta antiqua de con-  
 tinentia Clericorum, quibus focarias ha-  
 bere prohibentur. Clerici in Sacris Or-  
 dinibus constituti negotiis sæcularibus  
 non implicentur, prædiis non præficiantur,  
 Jurisdictione sæcularibus competen-  
 te non utantur, coram Judice Laico  
 causis

c. 10.

c. 11.

c. 12.

E s

causis

Sæcul. XII. A.C. 1179. causidici officio non fungantur. Nullus  
plura Beneficia possideat. Jam enim il-  
la ætate non nulli, modum avaritiæ non  
ponentes, vel sex vel plures Præbendas  
percipere non horrebant, talesque qui-  
bus annexa erat cura animarum, unde  
nec in loco competente residere poterant,  
nec munus Pastoris obire, dum interim  
alii, digni Ecclesiæ Ministri, congrua  
sustentatione carebant. Anathemate  
feriuntur Laici, qui neglecta Episcopo-  
rum auctoritate Clericos in Ecclesiis in-  
stituebant & pro lubitu amovebant, aut  
viros Ecclesiasticos in judicio suo stare  
compellebant. Jus Patronorum defini-  
tur, ita ut si plures sint, de electione u-  
nius Presbyteri consentiant, qui Eccle-  
siæ seruiat, aut ille præferatur, cui plura  
suffragia favent. Si litigent, Episcopus,  
quod optimum visum fuerit, decernat.  
Ipse etiam Judex sit, & statuatur, si de Ju-  
re Patronatus quæstio emerferit, quæ in-  
tra menses tres \* solvi non potuerit.  
Prohibemus etiam, inquiunt Patres, ne  
Laici Decimas cum animarum suarum  
periculo detinentes in alios Laicos quo-  
cunque modo transferre possint. Hoc  
fundamento relinquuntur Laicis Deci-  
mæ, quarum possessionem tempore hu-  
jus Concilii tenuisse creduntur, ac De-  
cimæ *infeudatæ* dicuntur.

Bona

Bona, quæ Clerici ministrando Eccle- Sæcul. XII.  
 siæ acquisiverunt, tanquam ipsorum pro- A. C. 1179.  
 pria, etiam post obitum, habeantur, sive  
 testamentum condiderint, sive intestati  
 decesserint. Ubi de causa communi Conc. Lat.  
 deliberatur, semper illud prævaleat, quod c. 15.  
 a majori & saniori parte Capituli fuerit  
 constitutum, non obstante quacunque  
 consuetudine ac juramento contrario.

Ut pauperes Clerici informari pos- c. 16.  
 sint, in qualibet Ecclesia Cathedrali Ma-  
 gister constituatur, cui competens bene-  
 ficium assignetur, & qui gratis doceat.  
 Id in aliis quoque Ecclesiis sive Monaste- c. 18.  
 riis, ubi retroactis temporibus Scholasti-  
 co census quidam destinati erant, resti-  
 tuatur. Pro docendi licentia a nullo  
 quidquam exigatur, nec viro idoneo li-  
 centiam petenti ea denegetur, ne Eccle-  
 siarum profectus impediatur.

Adjecta anathematis pœna, Rectori- c. 19.  
 bus, Consulibus, aut civitatum Magistra-  
 tibus interdicitur, ne Ecclesiis onera im-  
 ponant, nec partem bonorum ad ex-  
 truenda munimenta vel expeditiones  
 bellicas conferre cogant, nec Jurisdictio-  
 ni & auctoritati Episcoporum aliorum-  
 que Prælatorum in subditos suos ita de-  
 trahant, ut nihil potestatis eis superesse  
 videatur. Istud ego de Jurisdictione sæ-  
 culari accipiendum puto. Licet tamen  
 a Clericis subsidium sponte conceden-  
 dum

Sæcul. XII. dum petere, si necessitates publicæ pre-  
 A. C. 1179. mant, & Laicorum facultates non suffi-  
 ciant.

Ludi Equestres iterum damnantur. Induciæ Sacræ eo modo, quo suo loco explicavi, servandæ sunt. Nemo nova vectigalia aut alias exactiones sine auctoritate supremorum Principum impetret. Nempe etiam minorum gentium Dynastæ id sibi juris arrogabant. Usurarii excommunicantur; iidem sepultura Ecclesiastica non gaudeant, oblationes eorum non suscipiantur. Reprehenditur nimia severitas quorundam virorum Ecclesiasticorum, qui leprosos propriam habere Ecclesiam non tolerabant, cum ad Ecclesiam publicam non admitterentur. Concilium igitur statuit, ut ubicunque tot leprosi in Congregatione degunt magno numero, Ecclesiam sibi, Cœmeterium & Presbyterum habeant, quia procul a pietate Christiana esse dignoscitur hæc remedia innocentibus denegare. Iidem a persolvendis decimis hortorum & pecorum suorum eximuntur. Constitutionem ista antiquiorem de leproso Domibus non notavi.

¶ 24. A Communione Ecclesiæ præciduntur Christiani, quorum animos sæva cupiditas usque adeo occupavit, ut Saracenis arma, ferrum, ac ligna construendis

dis triremibus aptissima deferant. Aut <sup>Sæcul. XII.</sup> qui in piraticis Infidelium navibus regi- <sup>A.C. 1179.</sup> men & navarchi curam suscipere non erubescunt. Præcipitur, ut ista excommunicationis sententia crebro & solemniter per Ecclesias urbium maritimarum proferatur. Dynastæ & Consules civitatum bona reorum Fisco addicant, & ipsi Saracenorum adjutores si capiuntur, ejus a quo capti fuerint, mancipia sint. Excommunicationis quoque poenæ subduntur, qui Romanos aut alios Christianos, mercatus aut alterius honesti negotii causa navigantes, capiunt vel spoliant, vel alios naufragia passos, quibus ut fratribus succurrere tenentur, rebus suis exuunt. Judæis aut Saracenis servos Christianos domi habere quocumque demum prætextu non liceat. Testimonium Christianorum contra Judæos, sicut Judæorum contra Christianos, recipiatur. Bona Judæorum conversorum serventur, nec liceat Optimatibus aut Magistratibus eos vel re minima spoliare. Qui aliquid eis ademerint excommunicationi subjaceant.

## §. XXII.

*Pœnæ Hæreticorum.*

Ultimus Concilii Canon scriptus est in <sup>c. 27.</sup> hunc modum: *Quamquam Ecclesia- Leo ep. 15.* *sica Disciplina, sicut ait Beatus Leo, al. 93. ad* *cruen-* <sup>Turib.</sup>

Sæcul. XII. *cruentitas rejiciat ultiones, Catholicorum*  
 A. C. 1179. *tamen Principum Legibus adjuvatur, &*  
 Sup. Lib. *sæpe quærent homines salutare remedium,*  
 XXVII. *cum metuunt corporis supplicium. Quia*  
 §. 10. *igitur Hæretici, qui dicuntur Catharri,*  
*Pataveni seu Publicani in Vasconia, in*  
*Territorio Albigenfi, in partibus Tolo-*  
*sanis aliisque locis, usque adeo invalue-*  
*runt, ut jam non in occulto nequitiam*  
*suam exerant, sed errores publice mani-*  
*festent, eos, & eorum fautores, defen-*  
*sores ac receptores, anathemati subja-*  
*re decernimus. Si in hoc peccato decesserint,*  
*nulla Oblatio pro eis fiat, & inter*  
*alios Christianos in loco benedicto non se-*  
*peliantur.*

*De Brabantionibus, Arragonibus,*  
*Navarris, Bascolis, Coterellis & Tri-*  
*verdinis, qui inaudita immanitate nec*  
*Ecclesiis, nec Monasteriis, nec viduis, nec*  
*pupillis, nulli ætati, nec sexui parcunt,*  
*sed more Paganorum omnia perdunt, &*  
*vastant, similiter constituimus, ut qui*  
*eos conduxerint, retinuerint, vel fove-*  
*rint, in Dominicis & aliis Festis publi-*  
*ce excommunicati denuncientur, nec po-*  
*stea ad Communionem Ecclesiæ, nisi so-*  
*cietate illa pestifera & Hæresi abjuratis,*  
*recipiantur. Noverint autem, quicumque*  
*aliquo pacto illis fuerint annexi, se ab*  
*omni fide, etiam juramento promissa, so-*  
*lutos esse ac liberos. Contra, ipsis, omni-*  
*busque*

*busque Fidelibus in remissionem peccatorum injungimus, ut tantis cladibus se virili constantia opponant & adversus perversos armis populum Christianum tueantur. Perditorum istorum hominum bona addicentur ærario Principum, quibus liceat eos in servitutem redigere. Qui autem in sacra hac militia penitentes vitam posuerint, non dubitent, se peccatorum suorum indulgentiam & fructum mercedis æternæ percepturos. Nosque illis piis Fidelibus, qui contra immanes Hæreticos arma ceperint, biennium de penitentia injuncta relaxamus, & Episcoporum prudentiæ committimus, ut secundum modum laboris, major eis indulgentia tribuatur. Interim vero sacros hos milites, sicut eos qui sepulchrum Dominicum visunt, sub Ecclesiæ defensione esse volumus. At illos, qui ab Episcopis admoniti, arma sumere recusaverint, a perceptione corporis & sanguinis Domini jubemus esse alienos. Coterelli illi seu vulgo Routiers, ut a quibusdam vocabantur, erant copiæ ex variis gentibus collectæ, nulla disciplina militari & nulla Religione adstrictæ, quarum opera Optimates ad bella privata seu verius ad latrocinia utebantur. In hoc Canone concordiam utriusque potestatis Ecclesiasticæ & Sæcularis, innixam S. Leonis auctoritate, quæ in exordio commemoratur,*

Sæcul. XII.

A.C. 1179.



Sæcul. XII.  
A.C. 1179.

ratur, dispicimus. Scilicet Ecclesia proprio jure sententiam excommunicationis profert, vetat pro reis Sacrificia offerri, & ritu Christiano sepeliri, sed adhibet auxilium Legum & auctoritatem Principum, cum circa juramentum Fidelitatis dispensat, cum jubet contra reos arma capi, res eorum ærario Principis addici, & servituti subjici. Rursum utitur jure suo, cum labores militantium pro remissione peccatorum acceptat, ac duorum annorum Indulgentiam annectit.

Ista non in hoc solum Canone, sed etiam in aliis similibus necessario discernenda sunt.

§. XXIII.

*Error Petri Lombardi.*

*Qualt. de  
S. Vitt. MS.  
du Boullai  
Hist. univ.  
to. 2. p. 431.*

In Concilio Lateranensi Alexander Papa hanc Propositionem Petri Lombardi Episcopi Parisiensis: *Jesus Christus, ut homo, non est aliquid*, damnare animo constituerat; sed aliqui ex Cardinalibus responderunt: *Domine, alia & majora restant nobis pertractanda. Quin imo, reposuit Papa, primum & gravissimum negotium pertractandum, causa Fidei est & Hæreticorum.* Mox Cardinales illi ex Consistorio exeunt, quos, Episcopus quidam ex Cambria Ad-

Ad-

Adamus, secutus ad Papam ait: *Domi-* Sæcul. XII.  
*ne, ego, olim Petri scholis præpositus,* A.C. 1179.  
*Magistri & Præceptoris mei doctrinam*  
*omnibus viribus defendam.* Adamus erat  
 Episcopus S. Asaf, olim Petri Lombardi *Sup. Lib.*  
 Discipulus, & Joannis Saresberienfis Ma- *LXX. §. 35.*  
 gister. Tunc ergo quæstio illa in Con- *LXXII.*  
 cilio non fuit discussa; sed haud multo *§. 54.*  
 post tempore Alexander Papa Guiliel-  
 mum Archiepiscopum Remensem Lega-  
 tum suum, qui Concilio interfuerat, da-  
 tis literis, iussit Magistros Scholarum Pa-  
 risiensis, Remensis, aliarumque in illa re-  
 gione positarum urbium, convocare, iis-  
 que auctoritate Papali, adjecta anathe-  
 matis comminatione prohibere, ne quis-  
 quam in posterum affirmare audeat, quod  
*Jesus Christus, ut homo, non sit ali-*  
*quid.*

Jam annis abhinc aliquot Papa, data  
 in eadem causa ad hunc Guilielmum, cum *du Boullon*  
 adhuc Archiepiscopus Senonensis esset, *ep. 403. Es*  
 Epistola, præceperat, ut Suffraganeis *to. 10. Conc.*  
 suis, aliisque spectatæ pietatis & pruden- *p. 1529.*  
 tiæ viris congregatis, districte interdice- *Matth. Par.*  
 ret, ne quis illam Propositionem do-  
 ceret.

Porro Petri Lombardi doctrinam ne-  
 mo acrius aggressus est, ac Gualterius  
 S. Victoris, Doctor celeberrimus, hujus  
 Abbatix Prior numero sextus, & Succes-  
 sor notissimi Richardi, die decima Mar-  
*Hist. Eccles. Tom. XVIII.* F tii,

Sæcul. XII. tii, anno millesimo centesimo septuagesimo tertio vita functi, cujus Scripta, non pauca, ad nos usque pervenerunt, pleraque ad excitandam Fidelium pietatem idonea. Gualterii vero opera non fuisse typis edita, sed supersunt Manuscripti libri quatuor hoc Titulo: *Adversus Hæreses manifestas, & in Conciliis damnatas, quas defendunt Sophistæ Abaelardus, Lombardus, Petrus Pictaviensis, & Gilbertus Porretanus.* Hos tres Franciæ Labyrinthos appellat, dicitque, ideo a vero aberrasse temerarios, quod Aristotelis Dialecticam secuti fuissent, atque Mysteria Trinitatis & Incarnationis scholastica levitate pertractassent. Ceterum ex auctoritate Sacræ Scripturæ & SS. Patrum eos oppugnat.

## §. XXIV.

*Episcopi Germanicæ.*

*Arnold.*  
*Chr. Slav. II*  
*s. 28.*

Multos viros Ecclesiasticos Schismaticos ex Germania veniam obtinendi spes ad Concilium Lateranense pertraxerat. Aduere Ecclesiæ Halberstadtensis Clerici Monachique; eam enim ab unitate Ecclesiæ Catholicæ Gero Episcopus diviserat. Gratiam petentibus ignovit tamen Alexander Papa, quod Gero non ab Episcopo Schismatico, sed ab Hartwico Archiepiscopo Bremensi Catholico ordinatus fuisset. Itaque Clericis,

Clericis, a Gerone ordinatis, non solum ministeria sua obire, sed etiam ad altiores Ordines ascendere permissum, & ipsi Geroni Episcopali munere ubique fungendi licentia data. Christianus vero Archiepiscopus Moguntinus, & Philippus Coloniensis, abjurato schismate, Pallisque, quæ ab Antipapis acceperant, abjectis, nova ab Hiacyntho Cardinali sibi collata induerunt. Porro Balduinus, Archiepiscopus Bremensis, anno superiore millesimo centesimo septuagesimo octavo, illa die, qua tota si superstes mansisset ei per literas sententia depositionis suæ fuisset indicata, excessit e vita.

Sæcul. XII.  
A.C. 1179.

Chro. Halb.  
an. 1179.

\* Verisimili-  
ter Hartvici  
Successor.

Sede igitur Bremensi vacante, Magister Bertoldus Episcopus eligitur, contra quam electionem solus Capituli Præpositus Ottoreclamavit. Bertoldus ad Concilium Lateranense venit, atque a Summo Pontifice ordinari petiit, quod sibi denegari posse, ne quidem suspicabatur. Sed cum prima die in Concilio nec invitatus nec Ordine Presbyteratus initiatus inter Episcopos confedisset, plurimos vehementer offenderat. Altera die quidam Scientiarum Magister, Gerardus nomine, cum Bertholdum in Summi Pontificis conspectum deduxisset, *Vir est, inquit, optimis moribus, artibus liberalibus, Sacræ Scripturæ lectio-*

Sæcul. XII. *ne, Decretorum & Legum scientia in-*  
 A.C. 1179. *structus, denique omnium suffragiis e-*  
 lectus. In fine addidit: *Is rogat te,*  
*Sancte Pater, ut eum bodie Presbyterum,*  
*& cras Episcopum ordines. Cui Papa:*  
*Credo, quæ dicis; sed Apostolus nos*  
 1. Tim. 5. 22. *monet: Manus cito nemini imposueris.*  
*Consulam Fratres meos, & electionis mo-*  
*dum ad examen vocabimus. Cardinali-*  
*bus deinde duobus, Legatos Ecclesiæ*  
*Bremensis de peracta electione interro-*  
*gantibus, non consentientia sed diversa*  
*responderunt. Tum Papa in Consistorio*  
*sententiam tulit in hunc modum: Fra-*  
*tres mei! vidi Electum vestrum; non*  
*babeo, quod reprehendam de ejus persona,*  
*laudo scientiam, facundiam, moresque,*  
*quantum mihi cogniti sunt. Sed electio-*  
*nis ratio mihi non probatur; electus est,*  
*necdum susceptis Sacris Ordinibus, &*  
*ad huc gaudens libertate ducendi uxorem.*  
*Præterea ad nos delatum est, Appellatio-*  
*nem interjectam, & Appellantem ad si-*  
*lendum fuisse compulsam. Electum ve-*  
*strum voluisse & effecisse, ut secundo eli-*  
*geretur, sicque primam electionem nullam*  
*fuisse confessum. Tandem Sacris Ordi-*  
*nibus non initiatum Investituram ab Im-*  
*peratore accepisse. Quia igitur, tot adjun-*  
*ctis contra Canones pugnantibus, dispen-*  
*sare vix licet, electionem vestram cassam*  
*esse & irritam declaramus. Ubi Ponti-*  
 fex

fex hæc elocutus est, Bertoldo ad ob- Sæcul. XII.  
 cta respondere parante, qui a cubiculis A. C. 1179.  
 Alexandri erant, exclamarunt vocibus  
 Italicis: *Levate! andate, andate!* Sige-  
 fridus postea Brandeburgensis Alberti  
 Marchionis filius Archiepiscopus Bre-  
 mensis electus est.

In eodem Concilio Lateranensi Papa *Halbstad.*  
 duos Episcopos Anglos, duosque Scotos  
 consecravit, quorum alter unum habens  
 equum, alter pedibus cum uno itineris  
 socio Romam venerat. Adfuit quoque  
 aliquis ex Hibernia Episcopus, cujus o-  
 pes universæ in lacte trium vaccarum  
 sitæ erant; sed, earum mammis exaren-  
 tibus, fideles Diocæsani buculas subro-  
 gabant. Præterea in hoc Concilio Ale-  
 xander duos creavit Cardinales, Guiliel-  
 mum Archiepiscopum Remensem, Re- *Roger.*  
 gis Franciæ Cognatum, Tituli S. Sabinae, *Hoved.*  
 & Henricum Abbatem Clarævallensem, *Chron.*  
 postea Episcopum Albanensem. Fuerat *Claravall.*  
 is Abbas in *Hautecombe*, unde Claram-  
 vallem anno millesimo centesimo septua-  
 gesimo sexto translatus est. Ipso dein-  
 de ad Ordinem Cardinalium evecto,  
 Petrus Abbas Igniacensis ad Insulam Cla-  
 rævallensem gestandam vocatus.

## §. XXV.

*S. Laurentius Dublinensis.*

In Concilio Lateranensi tandem Alexan- *vit. ap. Sur.*  
 der 14. Nov. *F 3*

Sæcul. XII. der Papa Legati Sedis Apostolicæ potē-  
A.C. 1179. statem contulit Laurentio, Dublinensi in  
 Hibernia Archiepiscopo, cujus vita me-  
 moratu digna videtur. Is in Hibernia,  
 & Diœcesi Gandelacensi, quæ postmo-  
 dum Dublinensi conjuncta est, ex nobili  
 profapia natus, cum ad annum deci-  
 mum pervenisset, ipsius pater Episco-  
 pum rogavit, ut missis fortibus exquire-  
 ret, quem filiorum suorum Deo & Or-  
 dini Clericali dicare deberet. Tunc  
 puer Laurentius patri & Episcopo arri-  
 dens, non est opus fortibus, ait, sponte  
 mea inter Clericos vivere cupio. Con-  
 sensit parens, & filium manu prehen-  
 sum Deo ac S. Coengino, Diœcesis illius  
 Patrono, obtulit. Fuerat Coenginus  
 S. Abbas in eodem loco, sæculo sexto,  
 vitam degens, quem Ecclesia die tertia  
 Junii honorat, atque ibidem condiderat  
 Monasterium, postea Ecclesia Cathedrali  
 multo opulentiùs, in quo Laurentius an-  
 no ætatis vigesimo quinto Abbas electus  
 est. Aliquot exinde annis elapsis, Epi-  
 scopo Gandelacensi vita functo, Cleri-  
 ci per suffragia Laurentium suffecerunt,  
 qui munus oblatum recipere recusavit,  
 dicens, gravius esse onus Episcopi, quam  
 ut illud juvenis ferre posset. Post lon-  
 gum deinde temporis spatium, Gregorio  
 Archiepiscopo Dublinensi rebus humanis  
 erepto, complures quidem Sedem va-  
 cantem

c. 4.

*Boll. to. 19.*  
p. 310.

c. 6.

c. 10.

cantem ambiebant, alii generis nobilitate, alii doctrinæ suæ fama tumidi; ubi vero Canonici ad eligendum Archiepiscopum convenerunt, antea dissentientium suffragiis subito conciliatis, Laurentius Abbas, licet invitus, Antistes Dublinensis nominatus est ab omnibus.

S. Laurentius, Canonicorum Sæcularium, quos in Ecclesia sua Cathedrali invenerat, mutato Instituto, alios Regulares invexit, ex Congregatione Abbatia Aroasiensis, annis abhinc octoginta in Dicecesi Attrebatensi fundatæ, & ipse jam Archiepiscopus hanc disciplinam amplexus est, quam, superaddito rigore singulari, in se ipso multo magis austeram effecit; quippe diu noctuque cilicio carnem macerabat, terque singulis diebus a Clericis suis flagello cædi volebat. Quotidie ipso præsentem triginta saltem pauperibus mensa instruebatur. In Angliam profectus, ut negotia Ecclesiæ suæ curaret, Regem Henricum Cantuariæ commorantem adiit, tumque, postquam ad tumulum S. Thomæ orans pernoctasset, ubi illuxit, a Monachis rogatus, solemni ritu Sacris operari parabat. Ecce vero, Archiepiscopo vestes Pontificales induto, ad Altare procedente, cum quidam mente captus a pluribus circumstantibus affirmari audiret, Laurentium virum esse sanctitatis eximiæ, insigni

Sæcul. XII.

A.C. 1179.

c. 11. 12.

Gall. Chro.  
to. 4. p. 95.

c. 13.

c. 19.



Sæcul. XII.  
A.C. 1179.

stulticia sibi finxit, persuasitque, rem maximi meriti se præstiturum, si Martyrii Lauream, quam S. Thomas consecutus erat, etiam Laurentio Archiepiscopo tribueret. Ergo nodoso fuste armatus populi cuneos, facto impetu, perrumpit, & omnibus viribus adhibitis Præsulem ferit in capite. Procidit ille ad cornu Altaris, monachique & ceteri præsentés, lethalem sine dubio ictum fuisse rati, erumpentibus lacrymis proni in terram se demittunt. At brevi post S. Præsul levato capite, aquam benedixit, & vulnus lavari præcepit. Stetit sanguis, moxque sanatus Missam inchoavit atque ad finem perduxit. Auctor vitæ ipsius se hoc prodigium oculis suis conspexisse affirmat. Jusserat Rex miserrimum percussorem cruci affigi; sed S. Vir instantissimis precibus obtinuit, ut tantum facinus ei impunitum abiret.

A Concilio Lateranensi, cum S. Sedis Legati Titulo reversus S. Laurentius, auctoritatem suam ad premendos in Hibernia Ecclesiæ abusus adhibuit. Nullum autem vitium ferventius quam incontinentiam Clericorum persecutus est, & quamvis reos ipse potuisset absolvere, eos tamen ad Papam mittebat; unde aliquando Presbyteros centum quadraginta absolvendos Romam iter jussit arripere. Post Concilium vero

Late-

Lateranense, vix biennio superstes, obiit Sæcul. XII.  
 in Normannia, quo trajiciendi hæc nata A.C. 1179.  
 erat occasio. Acri jurgio inter Henri-  
 cum II. Regem Angliæ & Deronogum  
 ceteris Regibus Hiberniæ potentio-  
 rem exorto, Archiepiscopus in Angliam na-  
 vigavit, Principum animos mitigaturus.  
 Verum Rex Henricus non modo Lau-  
 rentium ad alloquium non admisit, sed  
 etiam in Hiberniam revehi prohibuit.  
 Inter hæc cum Rex in Normanniam  
 transmisisset, Archiepiscopus postquam  
 eum tribus septimanis in Monasterio A-  
 bendoniensi expectavit, transfretantem  
 sequi statuit, & Dubri navem conscen-  
 dit. Verum, ubi oppidum, vulgo  
*Guissant*, contigit, violenta febre corre-  
 ptus, & extrema sibi imminere sentiens,  
 electo in hac via loco, ubi acquiescere  
 posset, ad Abbatiam Austiensem\*, in  
 finibus Normanniæ & Diocesi Rotoma-  
 gensi positam, divertit, quæ anno mil-  
 lesimo centesimo decimo nono pro Ca-  
 nonicis Regularibus Congregationis  
 S. Victoris Parisiis fundata, tunc ab  
 Osberto Abbate, ordine sexto, regeba-  
 tur. Quamprimum advenit seque lecto  
 commisit Archiepiscopus, vocato Abba-  
 te, confessus est, & Viaticum accepit.  
 Post aliquot exinde dies infirmorum un-  
 ctione munitus, non nullis eum monen-  
 tibus, ut ultimam suam voluntatem te-  
 stamen-

\* Eu.

*Gall. Chro.*  
to. 4. p. 105.*Neustria*  
pia. p. 694.  
vit. c. 32.

Sæcul. XII. A.C. 1179. stamento aperiret, respondit: *Deus no-*  
*vit, mihi sub sole nec obolum superesse.*

Ita Sabbato, die decima quarta Novembris, anno millesimo centesimo octogesimo primo mortuus, in Ecclesia Austiensi sepelitur, & nunc post annum obitus quadragesimum quartum, qui millesimus ducentessimus vigesimus quintus a reparata humani generis salute volebatur, ab Honorio Papa III. Sanctorum numero adscriptus, ipsa die qua animam egit, ab Ecclesia Catholica colitur.

*Mart. Rom.*  
 14. Nov.

§. XXVI.

*Philippus Regis Franciæ Filius coronatur.*

*Rigord. de gest. Philipp.* **R**ex Franciæ, corpore infirmo, atque ætate ad senectutem vergente, prope modum enim sexagenarius erat, Parisiis, anno millesimo centesimo septuagesimo nono, Præsules omnes Principesque Regni sui ad Mauritii Episcopi Palatium convocavit; ubi solus Oratorium ingressus, preces ad Deum fudit, ut in omnibus negotiis arduis solitus erat. Tum singulis Episcopis & Optimatibus ad se accersitis, quod animo constituerat, aperuit; velle se, ut Philippo filio suo in Festo Assumptionis S. Virginis ab Episcopis solemniter Regni Franciæ corona imponeretur, omnes Re-  
 gis

gis consilium laudarunt. Sed ecce, præ-  
 situta die adveniente juvenis Princeps,  
 qui annum vitæ decimum quartum nu-  
 merabat, feras in silvis persequens, cum  
 a via aberrasset, & sociorum neminem  
 conspiceret, subito terrore consternatus  
 in febrim incidit, morbo deinde ingrave-  
 scente, coronatio dilata est.

Rex vero Parens Ludovicus amare  
 filii casum lugens in somnis monetur;  
 peregrinationem ad sepulchrum S. Tho-  
 mæ Cantuariensis suscipere, si filium sal-  
 vum esse cuperet. Hinc ad Regem  
 Henricum missis nunciis, licentiam in  
 Angliam trajiciendi, & securitatem pe-  
 tit, qua obtenta profectionem, quam  
 complures amici dissuadebant, exorsus  
 est, Philippo Comite Flandriæ, Balduino  
 Comite Guinæ, Henrico Duce Lovanien-  
 si, aliisque Optimatibus Principem co-  
 mitantibus. Dubrim appulsum die Mer-  
 curii, vigesima secunda Augusti, anno  
 millesimo centesimo septuagesimo nono,  
 in litore Rex Angliæ, magnam lætitiã  
 & venerationem professus, tanquam Do-  
 minum & amicum suum excepit, ipsum-  
 que & omnes itineris socios suis sumti-  
 bus aluit. Altera die, Vigilia S. Bartho-  
 lomæi, Henricus Regem Franciæ Can-  
 tuariam ad tumulum S. Thomæ deduxit,  
 ubi craterem aureum miræ magnitudi-  
 nis obtulit; monachis vero in singulos  
 annos

Sæcul. XII.

A. C. 1179.

Roger.

Hoved.

p. 592.

Sæcul. XII.  
A.C. 1179.

annos & perpetuo jure centum dolia vini, Possiaco ex Francia transvehenda scripsit, addito privilegio immunitatis ab omnis generis vectigalibus, pro rebus quibuscunque, quæ in Francia ad usum monachorum Cantuariensium deinceps emerentur.

Rex Ludovicus, consumto ibi triduo reversus, ad oppidum *Guiffand*, die Dominica, vigesima sexta Augusti pervenit.

Ibi cum filium sanitati restitutum habuisset, datis literis, omnes Regni Episcopos Principesque ad Festum Omnium Sanctorum Remos convenire jussit, coronationi & unctioni filii interfuturos. Guilielmus, nuper Cardinalis creatus, Archiepiscopus Remensis, Sacræ Sedis Legatus, Principis coronandi Avunculus, hoc munere defunctus est, Archiepiscopis Turonensi, Bituricensi, Senonensi, ac cunctis ferme Franciæ Episcopis assistentibus. Henricus junior Rex Angliæ, ut Dux Normanniæ, ante procedentem Philippum, ab ejus conclavi usque ad Ecclesiam, coronam, quæ juvenis Regis capiti imponenda erat, portavit. Philippus Comes Flandriæ gladium prætulit, alii Optimates præcedentes & consequentes varia Regiæ Majestati debita officia obierunt. Verum Regi Ludovico Consecrationi filii sui adesse non licuit.

cuit; nam ex Anglia redux, cum ad Sæcul. XII.  
S. Dionysium pergeret, in itinere frige- A. C. 1179.  
scentibus subito membris paralyfi affe-  
ctus est, quæ mediam corporis partem  
omni sensu privavit. In Dominica post  
Festum Omnium Sanctorum, die quarta  
Novembris, Guilielmus Archiepiscopus  
Remis Concilium cum omnibus provin-  
ciæ suæ Episcopis celebravit.

## §. XXVII.

*Schisma in Scotia.*

In Scotia Ecclesiam S. Andreæ, Richar-  
do Episcopo ad æterna translato, Schis-  
ma divisit. Quippe Canonici Magistrum  
Joannem elegerunt, contra vero Gui-  
lielmus Rex Hugonem Capellanum suum,  
a se nominatum, ab Episcopis Regni sui  
consecrari iussit, in superhabita appella-  
tione, qua Joannes Adversarios suos ad  
Papam, litis hujus Judicem futurum,  
provocaverat. Alexander Papa Ale-  
xium Ecclesiæ Romanæ Subdiaconum in  
Scotiam misit, qui Hugone, tanquam vi  
intruso, deposito, & confirmata Joannis  
electione, eundem ordinari præcepit,  
ex licentia Regis, qui, id suadentibus E-  
piscopis, consenserat, ut censura Inter-  
dicti, cui Legatus Dioccesim S. Andreæ  
subjecerat, tolleretur. Quo facto sta-  
tim Rex Joannem regno suo exesse iussit.  
Hugo autem ut Episcopum se gerens, si-  
cut ep. 55.

*Auct. Aquicinct. an.*  
1179.

*Roger. Ho-*  
*ved.*

*Alex. III.*  
*cut ep. 55.*

Sæcul. XII.  
A.C. 1179.

ep. 56.

cut antea, viæ se dedit, Romam iturus, Oratorii Episcopalis supellectilem, cum annulo & Pedito auferens. Quare ab Alexio Legato excommunicatur, eamque deinde sententiam Papa, data ad Præsules Scotiæ & speciatim ad Clericos Sancti Andree Epistola, confirmavit.

ep. 57.

Sed ulterius progressus est Papa; nam Legatione in Scotia Rogerio Archiepiscopo Eboracensi collata, iussit eum & Hugonem Episcopum Dunelmensem in Regem Scotiæ Censuram Excommunicationis ferre, ejusque Regnum Interdicto subicere, nisi Joannem Episcopum quietam possessionem Ecclesiæ S. Andree frui sineret. Joanni vero, data Epistola, præcepit, ne Sedem hanc vel metu vel quacunque alia ex causa desereret, aut aliam hac dimissa reciperet, adjecta pœna, si id faceret, utraque Ecclesia cariturum. Regi Scotiæ quoque scripsit comminatus, nisi obtemperaret, se ejus Regnum iterum alteri subjecturum (haud dubie potestati Regis Angliæ) sed Rex Scotiæ Guilielmus, spretis his minis, Joannem Episcopum S. Andree, ejusque propinquum Matthæum Episcopum Aberdoniensem e Regno suo expulit. Quare Archiepiscopus Eboracensis, Episcopus Dunelmensis, & Alexius Legatus, ut mandata Pontificis exequerentur, Censuram

suram excommunicationis in Regem, & Sæcul. XII.  
Interdicti in Regnum protulerunt. A. C. 1180.

## §. XXVIII.

*Lando Antipapa vela contrahit.*

Hoc anno millesimo centesimo octogesimo Alexander Papa Landonem Antipapam, qui Innocentius III. vocari ambiebat, domuit. Quippe Alexander, hujus rebellis superbiam multo magis indignatus quam ejus Antecessorum, quibus Imperator, multique alii Sectatores, favebant, postquam cum Cardinalibus consultasset, ipsis suadentibus, eorum Collegis reconciliatus est Propinquus Antipapæ Octaviani, cujus frater Landoni præsidium præstabat. Ab eo igitur, data magna pecuniæ vi, Arcem Palubarum, hujus Antipapæ receptaculum, coemit, sicque Hugonis Cardinalis, alio nomine Hugucionis, ex Petri Leonis prosapia orti industria, Landonem cepit. Ipse, ad Papæ pedes supplex demissus, ad Cavas cum sociis in exilium deportatus est. Tam paucos autem asseclas habuit, ut plerique Scriptorum nullam de eo mentionem faciant. Ergo non ante quam Landone capto Schisma penitus extinctum est.

Sup. C. 2.

Auct. Aquincin. an.

1179. v. Pag. 1180.

## §. XXIX.



Sæcul. XII.  
A.C. 1180.

§. XXIX.

Ludovici VII. obitus. Philippus Augustus Rex.

\* Elifabetham.

Rog. Hoved.  
p. 593.  
Rigord an. 1  
Auct. Aquisint.

Gall. Chro.  
to. 4. p. 125.  
Alex. ep. 53.  
to. 10. Conc.  
p. 1326.

In Francia Philippus Rex adolescens, cum Ifabellam \* Balduini, Comitis Hannoveriæ filiam, duxisset, iterum coronam sibi imposuit, ac simul cum eo, in Festo Ascensionis, die vigesima nona Maji, anno millesimo centesimo octogesimo, uxor inuncta est. Hæ Cæremoniæ in Monasterio S. Dionysii a Guidone Archiepiscopo Senonensi peractæ; qua re Guido Archiepiscopus Remensis acriter offensus querelas ad Papam detulit. Eo acerbius vero dolebat, quod Rex adolescens, excusso timore parentis paralytici, alieno a Regina matre & a se avunculo suo esset animo, totusque consilia a Comite Flandriæ suggesta sequeretur. His Rex Ludovicus non plus mensibus sex & diebus quatuordecim supervixit, obiitque Parisiis die Jovis, decima octava Septembris, eodem anno, sexagenarius, postquam a morte patris sui annos quadraginta tres sceptrum rotasset. Sepultus est in Abbatia Barbeelensi, quam ipse anno millesimo centesimo quadragesimo septimo fundaverat, Ordinis Cisterciensis, prope Melodunum sitam. Ceterum Ludovici Regis pietatem testatam

XXXIX. 2

statam facit quædam Alexandri Pa-  
 pæ III. Epistola, anno millesimo cente-  
 simo sexagesimo quarto, quo Senonibus  
 versabatur, data; ex ea enim dispici-  
 mus, quod tribus anni temporibus jeju-  
 nium Quadragesimale servaverit, nempe  
 Quadragesimam majorem, Adventum,  
 & Jejunium S. Martini ab Octava O-  
 mnium Sanctorum usque ad Adven-  
 tum (\*). Præterea quod Feria sexta  
 toto anno singulari rigore a cibo absti-  
 nuerit. Itaque Philippus filius ejus Re-  
 gni habenas solus capessivit, annos na-  
 tus quindecim, atque annos quadraginta  
 duos in folio paterno sedit. Adhuc vi-  
 venti datum est cognomentum *Augu-  
 stus*, quo celeberrimus hodieque ha-  
 betur.

Sæcul. XII.  
 A. C. 1180.

*Rigord.  
 Prol.*

*Chro. Rob.  
 S. Mar.  
 Sup. lib.  
 LXXII.  
 S. 53.*

§. XXX.

*Petrus Cellensis, Episcopus Car-  
 notensis.*

Joannes Saresberiensis, Episcopus Car-  
 notensis, mortem oppetiit eodem  
 anno millesimo centesimo octogesimo die  
 vigesi-

(\*) Si non erravit in nomine Fleurins, duo  
 tantum & non tria dici possunt jejunia; cum  
 a Festo S. Martini usque ad Natalem Domini  
 sit tempus continuum.

*Hist. Eccles. Tom. XVIII.*

G

Sæcul. XII. vigesima quinta Octobris, postquam an-  
A.C. 1180. nos quatuor & tres prope menses in illa  
 Cathedra sedisset. Corpusque ejus in  
 Abbacia Josaphat prope Carnotum ter-  
 ræ mandatum. Præter duo illa Opera,  
 videlicet Polieration & Metalogum,  
 quorum meminimus suo loco, scripsit  
 vitam S. Thomæ Cantuariensis, carissimi  
 Magistri sui, & magnum numerum epi-  
 stolarum, quarum plus quam trecentæ  
 usque ad nos pervenerunt. In iis mul-  
 ta notatu digna, ad illorum temporum  
 historiam, præcipue ad causam S. Tho-  
 mæ spectantia, occurrunt.

*Sup. lib.*  
*LXX. §. 35.*

*Præf. edit.*  
 1671.

Joannis Saresberiensis in Sede Car-  
 notensi Successor fuit Petrus Cellensis,  
 ejus amicus in paucis dilectus. Is a  
 prima ætate ad S. Martinum de pratis  
 prope Parisios versatus, sub annum mille-  
 simum centesimum quinquagesimum  
 Abbas fuit in Diœcesi Trecensi Mona-  
 sterii Cellensis, unde nomen traxit, quam-  
 vis postea Remos ad Abbatiam S. Re-  
 migii translatus fuerit, anno millesimo  
 centesimo sexagesimo secundo. Tan-  
 dem, anno millesimo centesimo octoge-  
 simo, Episcopus Carnotensis electus,  
 huic Ecclesiæ annos septem præfuit, vir  
 Doctrinæ & virtutis laude celeberrimus,  
 summis Ecclesiæ Præsulibus notus; quod  
 ex ipsius Epistolis cognoscimus. Cum  
 esset Abbas ad S. Remigium, eum Ale-  
 xander

*Post. ep. Pet.*  
*Cell. 63*  
*to. 10. Conc.*  
*p. 1247.*

xander III. Papa sæpe Judicem constituit, non modo in negotiis Ecclesiasticis, sed etiam in causa Laicorum de usuris, de pupillis, & de Crucigeris Hierosolymam peregrinantibus. Nam illa ætate de his causis Ecclesia jure possessionis judicabat. Atque ex his exemplis, quid in aliis provinciis actum fuerit, conjicere possumus.

Sæcul. XII.

A.C. 1180.

## §. XXXI.

*Quæstio de Deo Mahometis.*

Manuel Comnenus Imperator paucis diebus Regi Ludovico juniori superstes fuit; nam mense Februario ejusdem anni millesimi centesimi octogesimo exeunte, Indictione decima tertia, in morbum incidit, cum quæstionem Theologicam discuteret, quæ demum post menses tres definita est. In Catechismo Græcorum legebatur Anathematis contra Mahometanorum Deum, nec generantem nec generatum, sed qui esset, ut Græci dicebant, *Holosphyros*, seu solidus & homogeneous. Ita enim Græci interpretabantur vocem Arabicam *Elsemed*, unum ex illis nominibus, quod Musulmani Deo tribuunt. Manuel Imperator autem animo constituerat, hunc Anathematismum ex omnibus Catechismi libellis delere, quod diceret; Musulmannis Fidem Christi for-

*Nicet. Lib.**VII p. 142.**ibid. p.*

138.

Sæcul. XII.  
A.C. 1180.

sitan amplexuris scandalo esse, cum, quacun- que demum ratione, a Christianis Deo anathema dici scirent. Eo igitur consilio Manuel, Theodosio Patriarcha, atque Episcoporum, qui tunc forte Constantinopoli versabantur, doctissimis & piissimis convocatis, post ornatissimum orationis exordium, quid de illo Anathemate sentiret explicavit. At Præsules simul omnes Imperatoris propositum rejecerunt, quo eorum aures offendebantur, & sensum Anathematis mi magna caritate Principi exposuerunt. *Neutiquam enim, aiebant, verus Deus devovetur, sed, quod commentus est Mahomet, phantasma Numinis, non generantis. Christiani vero Deum adorant Patrem.*

Nihilominus Imperator a sententia dimoveri non potuit, sed Decreto edito, in quo Imperatores Præsulesque Antecessores ignorantiae & imprudentiae arguens, quod istum Anathematismum tolerassent, splendida argumenta ad eum abolendum afferebat. Verum Patriarcha Decretum Imperatoris publice damnavit, affirmans, in eo nova & periculosa doceri. Unde Manuel jam ante ex morbo morosus vehementissime irritatus, Decretum suum in compendium contraxit. Tum Chrysolim\* delatus, ut aere salubriore & quiete frueretur,  
Episco-

\* Scutari

Episcopos virosque scientia sua conspicuos convocavit. Vix autem ex navi descenderant, cum eis occurrit Theodorus Notarius, vir exploratæ solertiæ, ab Imperatore missus; qui excusans ægrotantem Principem ait, neminem hac die in ejus conspectum admitti posse, sed sibi mandatum, ut duas paginas Episcopis prælegeret. Porro una erat illud Scriptum, cujus paulo ante meminimus, & cui ut Præsules subscriberent, Imperator cupiebat, in altera, ad Theodosium Patriarcham aliosque Episcopos directa querebatur Imperator, quod suæ voluntati obstitent, ac comminabatur, se ampliorem Synodum convocaturum, quin etiam hanc quæstionem ad discutiendum Papæ missurum. Tandem, postquam diu litigatum, Præsules, quamvis ægre, consenserunt; omittendum esse Anathematismum Mahometis Deo dictum, & solummodo ponendum: *Mahometi, toti ejus Doctrinæ, & Sectæ, Anathema!* Hic exorti jurgii, post tres menses, finis fuit (\*).

G 3

Theo-

(\*) Quod dicit Manuel, se Quæstionem ad discutiendum Papæ missurum, Testimonium est insigne, ore Imperatoris Græci prolatum, quo demonstratur, non nescivisse Græcos, dubia de Religione, inter ipsos exorta, Romanæ Ecclesiæ aucto-

Sæcul. XII.  
A. C. 1180.

Sæcul. XII.

A. C. 1180.

*Catal. Jus**G. R. p. 303.**Pagi 1179.*

Theodosius Patriarcha successerat Charitoni, anno millesimo centesimo septuagesimo septimo mortuo, postquam Sedem

auctoritate solvi posse, nec Communionem ita fuisse abruptam, ut nulla esset.

Ceterum satis rationi congrua fuisse videtur Manuelis Imperatoris de mutando Anathematismo sententia. Quamvis enim Mahometani non credant in Deum Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, credere tamen videntur in unum Deum Creatorem Cæli & terræ; & cavendum, ne Christiani Infidelibus vel solam speciem blasphemiam præbeant.

Quamvis etiam Mahometanorum Deus nihil sit, nisi Phantasma commentitium, non ideo videtur expedire, illud anathematizari. Cui enim bono, figmentum, quod non modo non existit, sed ne quidem existere potest, diris devoveatur? Præterea, quod dicat Imperator, Anathematismum illum Mahometanis, forte fidem Christi amplexuris, scandalum parere, a vero non abhorret. Id enim hodie quoque de Protestantibus nostris exploratissimum est, cum etiam falsissimam erroris vel blasphemiam speciem (ut alia mittamus, in Cultu Sanctorum) quidam ipsorum Scriptores tanquam Idololatriam suis exhibeant, & non argumentis contra Romano-Catholicam Religionem prolatis, sed putidis mendaciis innumera hominum millia a veritate avertant. Unde prudentissime quicumque calumniandi prætextus his Hypocritis quantum salva Fidei veritate, & Ecclesiam unitate licet, subtrahuntur,

Sedem Constantinopolitanam annis quatuordecim tenuisset.

Sæcul. XII.  
A.C. 1180.

Theodosius Antiochia oriundus, tum in monte S. Auxentii dia monachus, annis sex Ecclesiam Constantinopolitanam rexit. Ab eo Constitutionem Synodalem accepimus, die trigesima Julii, Indictione duodecima, nempe anno millesimo centesimo septuagesimo nono datam, in qua statuitur; puellam nubere posse consanguineo illius, cui necdum nubilis desponsata fuisset, quod hujusmodi sponsalia essent nulla.

*Jus Græco.*  
*Ro. lib. 2.*  
*p. 231.*

§. XXXII.

*Manuelis obitus. Alexius Comnenus  
Imperator.*

Theodosius Patriarcha Imperatori, ex gravi morbo decumbenti, fida mente suadebat, dum tempus suppeteret & integris sensibus uteretur, saluti Imperii consuleret, & virum deligeret, cui filii Hæredis sui juventutem committeret. Sed Imperator respondit, se certissime scire, ex hoc morbo non moriturum, sed quatuordecim adhuc annis superstitem futurum. Nempe fidem habebat Astrologis, sibi sanitatem corporis & claras de hostibus victorias blando mendacio pollicentibus. Verumtamen, deficientibus in dies corporis

*Nicot. p. 142.*



Sæcul. XII.  
A.C. 1180.

ris viribus, spem inanem abjecit, & suggerente Patriarcha, brevi Edicto, in quo Astrologia damnabatur, subscripsit. Tum cum ipse venæ suæ pullsum manu explorasset, femur aliquoties percutiens & alte ingemiscens, habitum monasticum sibi afferri præcepit. Ergo in illa festinatione veste monastica super cetera velamenta induitur, licet nimis curta esset & indecora. Ita Manuel Imperator spiritum emisit die vigesima quarta Septembris anno millesimo centesimo octogesimo, secundum Græcos anno Mundi sexies millesimo sexcentesimo octogesimo nono, Indictione decima quarta inchoata, postquam Græcis imperasset annis triginta septem & sex mensibus, sepultusque est Constantinopoli in Monasterio *Pantocrator*, id est, Deo omnipotenti Sacro, ab Irene Imperatrice Matre sua fundato, ubi Monachi Ordinis S. Antonii, numero septingenti, degabant. Haud diu post in illud Monasterium translata est marmoris rubicundi tabula, magnitudine hominis staturam exæquans, quam Manuel Epheso advehi jufferat. Aiebantque illum ipsum esse lapidem, in quo Jesu Christi corpus, de Cruce depositum, unctum fuerat.

Nicot. VII.  
n. 3. p. 134.

Manuel Monasterium quoddam, honori S. Michaelis Sacrum, ubi naves in Pontum Euxinum invehuntur, condiderat,

rat, quo monachos, a perfectionis studio maxime commendatos, collegerat. Ut vero omnem occasionem dissipandi spiritum tolleret, nec agros, nec vineas, nec alias res immobiles iis dedit, sed totum censum ex ærario Principis percipiendum constituit. Præterea renovavit quoddam Nicephori Phocæ Decretum, quo Monasteria plura Bona acquirere prohibebantur, modum vituperare solitus, quo pater suus & avus Monasteria fundaverant, multis agris fertilibus & pratis amplissimis iis collatis. Dicebat, Monachos debere habitare in cavernis, in desertis, & locis ab omni commercio humano remotis, quod mundo renunciaissent, nec convenire, ut in urbibus & foris conspicerentur. Querebatur, disciplinam monasticam ita collapsam, ut præter vestem, barbam promissam, ceteraque exteriora vix aliquid superesset.

Guilielmus Archiepiscopus Tyriensis, a Concilio Lateranensi rediens, Constantinopolim divertit, unde non ante Feriam quartam Paschalem, vigesimam tertiam Aprilis, hoc anno millesimo centesimo octogesimo digressus est. Is Ma-

Sæcul. XII.  
A. C. 1180.

G. Tyr.  
XXII. c. 45.

G 5

&

Sæcul. XII. & cunctis suavissimam sui reliquisse me-  
 A.C. 1180. moriam. Unde patet, hunc Præsulem,  
 etiam Latini Ritus esset, Manuelem pro  
 Catholico habuisse. Superius etiam no-  
 tavimus, quod Manueli Imperatori cum  
 Summo Pontifice Alexandro Epistolarum  
 commercium intercesserit; quare nemo  
 affirmare potest, Manuelis tempore  
 Schisma Græcorum jam fuisse formatum.

Cang. famil. Successit in Imperio Patri suo Alexius  
 Byz. p. 186. Comnenus, natus circiter annos trede-  
 cim, sub tutela Matris suæ Mariæ, Rai-  
 mundi Principis Antiocheni filiæ, quæ  
 & ipsa ab Alexio Comneno Protevestia-  
 rio seu Vestiarii Cæsarei præfecto, defun-  
 cti Imperatoris Agnato, regi se patieba-  
 tur.

## §. XXXIII.

*Ecclesia Latina in Oriente.*

Sanut. III.  
 fidel. Cruc.  
 par. 6.  
 c. ult.

Eodem anno millesimo centesimo octo-  
 gesimo e vivis excessit Amalricus,  
 Patriarcha Latinus Hierosolymæ, vir  
 simplex, ideoque Ecclesiæ suæ parum  
 utilis. Successit Heraclius, antea Archi-  
 episcopus Latini Ritus Cæsareæ, pessimi  
 exempli pastor, nam publice pellicem  
 domi alebat, quam populus per plateas  
 procedentem, & cultu pretioso splen-  
 dentem, Patriarchissam appellabat. Cum  
 Heraclius eligeretur palam dicentes au-  
 diebantur: *Crucem Domini perditum*  
*ibit*

*abit Heraclius Patriarcha, quæ sub He-* Sæcul. XII.  
*raclio Imperatore inventa est.* Ita con- A.C. 1180.  
 jicientes a vero neutiquam aberrasse,  
 eventus deinde docuit. Ceterum He-  
 raclius Sedem Hierosolymitanam annis  
 undecim tenuit.

Rem vero Regni Hierosolymitani  
 publicam quotidie in pejus ruere nemo  
 erat, qui non videret, invalescente po-  
 tentia Saladini, qui Ægypto in potesta-  
 tem redacta, & prolatis in Syria Impe- G. Tyr. §  
 rij sui finibus, Damascum occupaverat, XXI. c. 6. 7.  
 omnibusque provinciis a Noradino  
 quondam possessis imminebat. Ita In-  
 fidelium vires tunc erant unitæ; cum  
 contra, ante annos octoginta, Francis in  
 Palæstinam irrupentibus, sub multis  
 Principibus fuissent divisæ. Præterea  
 corrupti Francorum mores robur etiam  
 animorum labefactaverant, postquam  
 bellicæ virtutis & disciplinæ militaris  
 obliti fuissent. Ita de his scripsit Guiliel-  
 mus Tyriensis, cum dolens Regni Chri-  
 stiani ruinam mente prospiceret, cujus  
 Regimen, dum Rex Balduinus IV. ad æ- c. 5.  
 tatem imperii capacem perveniret, com-  
 missum est Raimundo III. Comiti Tripo-  
 litano, ex prosapia Raimundi Comitis  
 Tolosani edito, & Regis juvenis Con-  
 sanguineo. Tum statutum, universas  
 Regni vires Saladino objicere. Atque c. 20. 23.  
 anno 1177. cum iste urbi Ascaloni exer-  
 citum

- Sæcul XII. citum admovisset, Balduinus Rex strenue cum suis obvium se intulit, ac Saracenos cruento proelio vicit. Sed non multo post Comes Tripolitanus *Harenc*, seu *Harem* castrum Præfecto Aleppensi subditum obsidens, cum ad extrema deducti præsidarii de necessaria deditioe deliberarent, militem abistere jussit, accepta a Soldano juvene *Saleb* Ismael pecunia. Proinde omnibus opinio, jam prius concepta, Comiti cum Saracenis quin & cum Saladino clandestina intercedere consilia, firmata est.
6. 25. Anno sequente millesimo centesimo septuagesimo octavo Rex Balduinus arcem in ripa Jordanis & loco, qui *Vadum Jacob* dicebatur, extruere molitus est, ut incursionibus latrunculorum Arabum, & militum, qui proxima castra tenebant, obsistere & impetum frangere posset. Locum illum accolæ ita dicebant, quod
- Gen. 32.* ex antiqua traditione haberent, Jacob ex Mesopotamia redeuntem ibi vado Jordanem transisse. Ab aliis hic locus *Do-*
- Palæstina.* mus Jacob vocabatur. Munitionem perfectam Rex Templariorum præsidio tradidit. Verum cum sperasset se Barbaros imparatos occupaturum, ipse in angustiis rupium deprehensus, victusque est, complures viri spectatæ fortitudinis in hoc proelio ceciderunt, & vix Balduinus fidissima suorum ope hostium
- mani-

manibus eripi potuit. Exinde Saladi Sæcul. XII.  
 nus victor novam ad Jordanem amnem A.C. 1180.  
 munitionem obsidet, tumque, hac cura  
 Ducibus suis commissa, ipse cum exer- c. 29.  
 citus parte ad urbem Sidonem movet,  
 ubi edita pugna Cracigeri iterum cæsi,  
 multique capti, quorum numerum au-  
 xit Odo a S. Amando, Templariorum  
 Magister, vir improbus & stolide elatus,  
 nec hominum reverens nec Dei. Usque  
 adeo Odo iste a primi Instituti ratione  
 defecerat. Hæc clades Christianis de-  
 cima die Aprilis anno millesimo centesi-  
 mo septuagesimo nono illata. Saladinus  
 vero, captam arcem ad Vadum Jacob  
 solo æquavit.

Alexander Papa receptis nunciis, tri- Alex. ep. 59.  
 stem Palæstinæ sortem afferentibus, duas 60.  
 scripsit Epistolas, alteram ad omnes Prin-  
 cipes Fidelesque, alteram ad omnes Epi-  
 scopos & Abbates, utramque Tuscula-  
 ni sexta Januarii datam. In iis extre-  
 mum periculum Urbis Hierosolymitanæ  
 refert; cum in Rege Balduino, lepra  
 affecto, parum opis esset, & Palæstina  
 viris manu consilioque fortibus destitue-  
 retur. Tum hortatur; ad præstandum  
 celeriter auxilium iter arriperent. Eum  
 quippe ne quidem Christianum dici posse,  
 quem Terræ Sanctæ jactura non tange-  
 ret. Proficiscentibus promittit Indul-  
 gentiam ab Urbano II. & Eugenio IV.  
 conces-

Sæcul. XII.  
A. C. 1181.

Roger. Hov.  
p. 611.

Goduin. de  
Præf. Angl.  
p. 344.

Rog. an.

1174. p. 537.

concessam, eorumque uxores, liberos, bona sub tutelam Ecclesiæ suscipit. Potestatem facit, qua pecunias, iter faciendis necessarias, mutuas accipiant, & patrimonium suum Clericis, aliisve pignori dent, si nihil æris a propinquis suis vel feudorum Dominis impetrare possint. In Epistola ad Præsules præcipit Pontifex, ut e cathedris Fideles ad bellum sacrum excitarent, & in Epistola superiore contenta ubique servari curarent. Has autem Epistolas deferebant Templarii & Hospitalarii, qui eas ambobus Regibus, Philippo Franciæ & Henrico Angliæ, ad colloquendum in Normannia die Lunæ vigesima septima Aprilis anno millesimo centesimo octogesimo primo congressis reddiderunt. Duo Reges Terræ Sanctæ calamitate vehementer commoti, se auxilia acceleraturos promiserunt; atque tunc ita in diversa abierunt.

§. XXXIV.

*Ecclesia Angliæ.*

Ecclesia Lincolniensis Episcopum non habuerat, ex quo Robertus Cheneus anno millesimo centesimo sexagesimo septimo octava Januarii e vita migraverat. Quamvis enim post septem ab ejus obitu annos Godefridus, Henrici Regis filius, ex amica genitus, illius Eccle-

Ecclesiæ Archidiaconus, Episcopus electus fuerit, perceptis tamen redditibus contentus, nunquam se Presbyterum ordinari & consecrari curavit. Cum ergo septem jam annis ita censibus Ecclesiæ Lincolnensis frueretur, & ea annis omnino quatuordecim vacaret, Alexander Papa Richardo Archiepiscopo Cantuariensi districte præcepit, ut adhibitis Censuris Ecclesiasticis Godefridum vel ad renunciandum electioni de se peractæ, vel ad Ordines sine omni cunctatione suscipiendos compelleret. *Qua Rog. p. 611.*  
 re Godefridus, inscitia suæ gnarus, *Gervas. an. 1181, p. 1458.*  
 ge patre, Principibus fratribus suis & compluribus Episcopis id suadentibus, jus suum, per electionem acquisitum, in manibus Archiepiscopi dimisit.

Rex vero ei Cancellarii aulici munus, addito mille marcarum argenti censu, contulit. Nihilominus Episcopatus Lincolnensis duobus adhuc annis vacavit.

Guilielmus Rex Scotiæ adhuc dum obstinato animo Joannem ab Episcopatu S. Andreae exclusum volebat, cujus causam non minus Alexander Papa fulciebat; quam ob rem Rogerius Archiepiscopus Eboracensis Regem Scotiæ excommunicationis fulmine feriit, ejusque Regnum Interdicto adstrinxit. *Rog. p. 613.*  
 Verum post breve temporis spatium hic Præsul



Sæcul. XII. Præsul mortalitatem exiit, Sabbato, die  
 A.C. 1181. vigesima prima Novembris, eodem an-  
 no millesimo centesimo octogesimo pri-  
 mo, postquam Eboraci annis viginti se-  
 ptem sedisset. Accusatur, quod, cum  
 Coll. Lup. 5. esset Archidiaconus Cantuariensis, infami  
 ep. 91. morum licentia notatus fuerit, ac  
 Guil. Neu- contra eum, qui ideo querelas movebat,  
 brig. 3. c. 5. crudelem in modum sævierit. Cete-  
 rum vir erat doctus, facundus, & in re-  
 bus hujus Sæculi gerendis singulari pru-  
 dentia præditus, sed officii spiritualis  
 negligens. Censuræ Ecclesiæ suæ auxit,  
 multaque extruxit ædificia, nullam enim  
 pecunias congerendi occasionem præ-  
 terlabi sinebat. Dignitates Ecclesiæ suæ  
 pueris conferebat, tumque specie curam  
 eorum gerendi, ipsorum opes in suum  
 ararium deducebat. Beneficia Eccle-  
 siastica conferens Clericos improbos &  
 impudicos, ac si id Regulæ loco sibi sta-  
 tuisset, ceteris præferabat. Viros Reli-  
 giosos tantopere averfabatur, ut dice-  
 ret, Turstainum Antecessorem suum nul-  
 la in re gravius errasse, quam quod Mo-  
 nasterium Fontanense condidisset, & ex-  
 tremo morbo decumbens cuidam Ab-  
 bati, ipsum roganti, ut Donationes Mo-  
 nasterio suo faventes confirmaret, re-  
 sponderit: *Ecce jam jam moriturus sum,  
 & quia Deum timeo, custodiat me, ne  
 quod a me petis faciam.* Nempe per-  
 dita

ditata omnia existimabat, quæ Regularibus donabantur. Decedens undecim millia marcarum argenti & trecentas marcas auri reliquit, quarum partem pauperibus & Ecclesiis distribuit; sed post ejus obitum Rex omnia occupavit, insuper habito ejus testamento; namque dicebat, cunctos thesauros in potestate Principum esse, atque mortuum Præsulem sententiam contra seipsum tulisse, cum ab Alexandro Papa Privilegium impetrasset, quo sibi Clericorum evitadecedentium bona, si ea suis manibus ante mortem non fuissent elargiti, etiamsi condidissent testamentum, tanquam propria colligebat. Rogerio defuncto Sedes Eboracensis annis decem vacavit.

Querelæ ad Alexandrum Papam delatæ fuerant, quod non nulli Angliæ Episcopi continuo in Curia Principis versarentur, quin etiam Judicia, ubi de patris criminibus agebatur, pronunciant, & Sanctum Sacrificium tanquam indigni, non offerrent. Nominatim accusabantur Richardus Wintoniensis, Godefridus Ridel Episcopus Elisiensis, & Joannes Oxoniensis Episcopus Norwicensis, ambo in causa S. Thomæ Cantuariensis notissimi. Ergo Papa data ad Richardum Archiepiscopum Epistola hos abusus vehementer indignatus est, addi-

Sæcul. XII.

A.C. 1181.

*Matth. Par.*

an. 1181.

Sæcul. XII.  
A.C. 1181.

Episcopi in  
Aula.

*Petr. Bles.*  
*ep. 84.*

ta comminatione, quod ipsum Archiepiscopum correpturus esset, nisi remedium afferret.

Archiepiscopus, seu Petrus Blesensis ipsius nomine, davis ad Papam literis respondit; calumnias ad Pontificis aures pervenisse, & postquam trium illorum Episcoporum merita dilaudavit, demonstrare conatur, semper Ecclesiæ prodesse, quod Episcopi in Curia Regum participes consiliorum sint. *Nec ea res nova est, inquit, sicut enim Episcopi inter ceteros homines & Dignitate & sapientia eminent, ita etiam ad regendam Republicam aptissimi sunt.* Tum complura exempla veteris Testamenti refert, ubi Reges consilio Prophetarum & Sacerdotum utebantur, & subjungit: *Neutiquam ignorare te oportet, S. Pater! quod, si Episcopi apud Regem non essent, Clerici opprimerentur a Laicis; ubi enim Censuræ Ecclesiasticæ non sufficiunt, auctoritatem Principum in auxilium vocant. Si Rex, ut sæpe fit, innocentibus irascitur, Episcopi precibus suis commotum mitigant. Efficiunt, ut aliquid de rigore sententiæ, contra reos prolata, relaxetur, ut audiantur pauperum gemitus, & eorum miseriæ succurratur. Libertatem Clericorum, Monasteriorum quietem, populorum pacem, auctoritatem legum*

legum confirmant. Curant, ut Consti-  
 tutiones Sedis Apostolicæ serventur, Lai-  
 cos ad cultum Religionis excitant, Ec-  
 clesiarum census & opes augent. In  
 omnibus Festis præcipuis Ecclesias suas  
 adeunt, ubi eleemosinarum distributione,  
 viduis & pupillis solatium suggerendo,  
 mores sibi subditorum emendando, aliis-  
 que operibus ad officium Pastorum perti-  
 nentibus, si quid absentia sua neglectum  
 est, reparant. Contra in Curia Siciliae  
 Episcopi alii per septennium, alii per de-  
 cennium commorantur, & tanto tem-  
 poris spatio nunquam discedunt, ita ut  
 si vel conservatio bonorum Ecclesiastico-  
 rum, vel Regimen animarum spectetur,  
 Ecclesiae nihil intersit, vivantne an mor-  
 tui sint. Non nunquam Episcopos no-  
 stros ab hoc in aula Regis commorandi  
 studio abstrahere conati sumus; sed viri  
 prudentes eorum apud Regem præsentiam  
 Ecclesiae salutarem existimarunt; horum  
 consilium secuti sunt, licet ibi haud le-  
 vem tolerare cogantur molestiam, quæ  
 domesticæ quietis desiderium suggerit.  
 Rogo te igitur, Sancte Pater, pensa, an  
 major ratio certissimi, quod inde ad  
 Ecclesiam Anglicanam redit, emolumen-  
 ti, vel malorum, quæ tibi invidi &  
 improbi homines ut talia perhibuerunt,  
 habenda sit. Tandem voluntatem tuam,

Sæcul. XII.  
 A.C. 1181.

Sæcul. XII. *Et mandata, postquam ea nobis signifi-*  
A.C. 1181. *caveris, demisse exequemur (\*).*

## §. XXXV.

*Henricus Legatus Albigenfes profequitur.*

*Chro. Clara-*  
*val. an. 1181.*

**H**enricus, ex Abbate Claravallensi Cardinalis & Episcopus Albanensis creatus, ab Alexandro Papa, hoc anno millesimo centesimo octogesimo primo, Sacræ Sedis Legatus in Burgundiam missus est; qua potestate munitus, Archiepiscopus duos Lugdunensem & Narbonensem deposuit. Non constat, quod nomen huic Archiepiscopo Lugdunensi fuerit, Guischari, anno millesimo centesimo septuagesimo nono vita functi, successori. Archiepiscopus vero depositus Narbonensis Petrus Aurelius, Pontii successor, fuisse creditur. Eidem suffectus est in Sede Archiepiscopali Narbonensi Joannes *pulchris manibus*, Episcopus Pictaviensis, Præsul scientia conspicuus, quondam S. Thomæ Cantuariensis in paucis amicus.

Idem

(\*) Multa bona præstare possunt Episcopi in Principum aula, si raro eam adeant. Non autem expedit, ut diu ibi morentur, quibus non Reipublicæ, sed Ecclesiæ suæ cura & Christo Domino commissa est.

Idem Legatus Henricus, cum con-tracto valido exercitu in Albigenes movisset, capta arce Vaurenſi \*, quæ hodie urbs Episcopalis eſt, Rogerium Bliterenſem & complures alios Dynaſtas ad Hæreſim jurejurando abjiciendam compulſit. Porro, Hæreſis iſta, ut Legatus teſtatum facit, in his erroribus ſita erat: *Eorum Magiſtri & Doctores, inquit, poſtquam, id ſuadentibus Episcopis & Optimatibus, plena libertas & ſecuritas eis promiſſa eſt, confeſſi ſunt, quod, licet Evangelium prædicent, ut ſimplices decipiant, ipſi nihilominus non credant, Jeſum Chriſtum fuiſſe verum hominem, eum biſſe, comediffe, egiffe aut paſſum fuiſſe cetera, quæ Naturæ humanæ conveniunt. Quod non credant, Paſſionem ei vere dolorem creaffe, fuiſſe vere crucifixum, mortuum, & a mortuis reſurrexiſſe, ſed tantum eorum omnium, quæ in Evangelio referuntur, ſpeciem inanem conſpicientibus fuiſſe objectam. Rejiciunt, & ſimpliciter damnant, quæcunque Eccleſia Romana de Sacrificio Altaris, de Baptiſmo parvulorum, de Matrimonio, aliisque Sacramentis & Officiis Divinis docet & ſervat. Affirmant, Magnum Satanam ſeu Luciferum Creatorem, & Angelorum, verumque omnium viſibilium & inviſibilium Deum eſſe. Ipſum Moysi Legem*

H 3

dediſſe.

Sæcul. XII.  
A. C. 1181.

\* Lavour

Chro. Vo-  
ſienſe p. 326.  
to. 2. Bibl.  
Lab.

Sæcul. XII. *dedisse. Dicunt, omnem sexus diversi*  
 A.C. 1181. *conjunctionem sive inter consanguineos*  
*sive inter alios, crimen esse. Mulieres,*  
*quæ apud ipsos sunt, fætus suos suffocant,*  
*Et quamvis complures earum gravidae*  
*effectæ sint, ipsarum tamen sobolem ne-*  
*mo videt (\*). Hos errores pluresque a-*  
*lios*

(\*) Wenn man zu Anfang dieses Absatzes liest, daß der Cardinal Heinrich, päpstlicher Legat, selbst ein Kriegsheer wider die Albigenser angeführet hat, so ist diese Sache zu unsern Zeiten nicht mehr üblich.

Da aber finden wir wiederum Albigenser oder Manichæer, welche alle Beywohnung Mannes und Weibes überhaupt, auch so gar die Eblliche, als unerlaubt verwarfen. Es ist schwer zu errathen, warum sie dieses Geboth, welches sie doch selbst nicht hielten, erfonnen; gleichwohl scheint es, sie müssen gemeynet haben, das ganze menschliche Geschlecht, weil es etwas Böses wäre, solte billig in einem Jahrhundert erlöschen. So abscheuenswürdig als nun immer diese Sâge sind, so haben doch die Protestanten auch die Albigenser zu Hülff gerufen und sie als ihre Väter und Vorläufer angenommen. \* Daß aber die Albigenser auch für Manichæer gehalten worden gesteht Mosheim auf der 32. und 33. Seite.

\* Mosheim in der Vorrede zur Rehergeschichte. Auf der 29. Seite.

Fürwahr einen gründlichen Beweis wider seine eigene protestantische Kirche giebt uns Herr Lorenz Mosheim selbst an die Hand, in seiner Vorrede zur Rehergeschichte, da er gar keine Verdung

lios confessi sunt & jurejurando damnarunt, *Geraldo Archiepiscopo Aufcionensi, Geraldo Episcopo Cadurcensi, & Goscelino*

Sæcul. XII.  
A.C. 1181.

H 4

lino

dung von dem Anfang, Aufnahm, Fortsetzung und Zusammenhang einer der römischen katholischen entgegen gesetzten Kirche thut, sondern nur schier alle Irlehrer mit grosser Erudition beschreibet. Er zeigt uns an den Ursprung der Ketzer, die Zeit, in welcher sie gelebet, die Länder, in welchen sie geschwärmet. Er bekennet, daß allzeit eine römische Kirche gewesen, welche sich diesen Irlehrern widersetzet hat. Fragt man ihn aber, wann denn seine eigene, oder Luthers Kirche, über 1500 Jahre, nämlich zu was für einer Zeit, in was für einem Lande, unter was für einem römischen Kayser, unter was für einem Pabste sichtbar gewesen sey, so antwortet er auf der 30. Seite: Hat es der Herr erlaubet, daß dieser (der wahre Glaube, und die reformirte Kirche) mit der Schrift eine geraume Zeit, ist vergraben worden, und keine sichtbare Anhänger gehabt hat, so hat er es sonder Streit aus heiligen und gerechten Ursachen erlaubet.

So war denn, nach dem Geständnisse Mosheims, die römische Kirche allzeit sichtbar, alle Ketzereyen und Ketzergemeinden waren auch allzeit sichtbar; denn man weiß ihre Lehrer, ihre Urheber, ihre Zeit, ihre Länder. Nur allein die protestantische Kirche, das ist nach der Gedenkungsart und Meynung Mosheims, die wahre Kirche Christi, der wahre Glaube, die heilige Schrift



Sæcul. XII. *lino Episcopo Tolosano præsentibus. Sed*  
 A. C. 1181. *Catholicis recedentibus miserrimi homi-*  
*num ad vomitum, ut canes, redeunt.*

Nempe ideo Hæresim abjurabant, ut vim militarem a suis cervicibus amolirentur. Henricus Legatus Capitulo generali Cisterciensium præfuit, & anno sequente Romam repetiit, ubi alium in Petri Cathedra sedentem Pontificem habuit.

## §. XXXVI.

*Alexandri III. obitus. Lucius III. Papa.*

*Pagi. an.*  
 1181.  
*Rob. de*  
*monte. 1181.*

Quippe Alexander III. Papa, postquam Sacram Sedem annos prope viginti duos tenuisset, hoc anno millesimo centesimo

Schrift hat können vergraben und unbekannt seyn, und keine sichtbare Anhänger durch viele Jahrhunderte haben. Nein, Herr Mosheim, diese Antwort kann mit den Worten Christi in der Schrift, die ich schon öfter angeführet, und vielen andern Stellen, einmahl nicht vereinbahret werden. Ja nicht nur allein eine geraume Zeit, wie Mosheim gestehet, sondern zu gar keiner Zeit bis auf den Luther kann ein Protestant erweisen, daß jemal eine sichtbare Gemeinde, welche der römischen Kirche widersprochen, entstanden wäre, die nicht von der ganzen Christenheit als ketzerisch sey erkläret, und gehalten worden.

tesimo octogesimo primo, die trigesima Sæcul. XII.  
 Augusti, apud civitatem Castelli, in Fe- A C. 1181.  
 sto SS. Felicis & Adaukti, hominem ex-  
 uit, atque Romæ in Ecclesia Lateranensi  
 sepultus est (\*). Non alius Summorum  
 Pontificum Alexandro magis literatus  
 ab annis centum sedisse dicebatur, sive  
 eruditio ejus in SS. Scripturis sive Decre-  
 torum, Canonum, ac Legum Romana-  
 rum scientia spectaretur. Unde quæ-  
 stiones non nullas difficiles solvit.

Præter Constitutiones, a nobis me- Alex. ep. 58.  
 moratas, occurrit aliqua, anno superio- ex Long.  
 re ad Casimirum Ducem Poloniæ data,  
 qua Alexander, ab isto Principe roga-  
 tus, Constitutionem ejus, ex consilio  
 Archiepiscopi, Episcoporum & Optima-  
 tum Poloniæ ad reprimendos complu-  
 res abusus, inprimis vero, ne bona de-  
 cedentium Episcoporum ærario Princi-  
 pis addicerentur, conditam, confirma-  
 vit. Notari hic meretur, quod Princeps  
 suprema potestate gaudens Leges suas  
 a Papa confirmari voluerit.

H 5

Post

(\*) Alexandro III. Pontifici maximo Epi-  
 taphium positum fuisse tradidit Antonius Pagi  
 ad hunc annum in hæc verba:

Hunc Festis auxere suis Felix & Adau-  
 ktus,

Cum quibus est Felix factus adauktus  
 eis.

Sæcul. XII.

A.C. 1181.

*Guil. Tyr.**XXII. c. 7.**Chro. Vo-**sien. p. 327.**v. Pagi 1181**n. 5. & 1185.*

13.

*Rob. de Mon.*  
*an. 1181.**Steph. Tor-*  
*nac. ep. 75.*  
*al. 91.*

Post Alexandri III. mortem Sacra Sedes una tantum die vacavit; nam Feria III. die prima Septembris anno millesimo centesimo octogesimo primo Papa electus est Humbaldus seu Ubaldu, Episcopus Ostiensis, vir ætate gravis, literis mediocriter tinctus, sed exploratæ in rebus gerendis industriæ. Tunc primo vim obtinuit Concilii Lateranensis Decretum, quod duas tertias ad legitimam Papæ electionem præscribebat, & Cardinales soli, populo ceterisque Clericis exclusis, suffragia dederunt. Ubaldu Velletris, Dominica sequente, die sexta illius mensis coronatus est & insignitus a Theodino Episcopo Portuensi atque ab Archipresbytero Ostiensi, & Lucius tertius salutatus. Ortus erat Lucæ in Tuscia, & Sacram Sedem annis quatuor tenuit. Cum Joannes ad *albas manus*, Episcopus Pictaviensis, tunc electus Archiepiscopus Narbonensis, Romanam venisset, ut electionem confirmari peteret, Lucius Papa, Archiepiscopatu Lugdunensi eidem collato, Legatum suum in Francia creavit, anno millesimo centesimo octogesimo primo, utpote virum eximia scientia præditum. Hanc igitur translationem Joanni gratulatus est Stephanus, tunc Abbas S. Genovevæ Parisiis, data Epistola, in qua ait: *Vidi nuper in transitu, cum Dominus Rex*

Rex Tolosam me mitteret, semirutos Ec-  
clesiarum muros, ambusta sacrorum ædi-  
ficiorum loca, fundamenta effossa, & ubi  
fuerant habitacula hominum, inculta do-  
micilia bestiarum. Expavi, fateor, cum  
ea ad loca te invitari audivi, in qui-  
bus etsi contingeret te præesse, non ta-  
men prodesse posses. Sed tandem gavi-  
sus sum, cum audivi, quod Lugdunum te  
vocaret. Ceterum illa calamitas in Pro-  
vincia Narbonensi ab Albigenum & Co-  
tarellorum furore proficiscebatur.

Sæcul. XII.  
A.C. 1181.

Rogero Archiepiscopo Eboracensi, Rog. Hoved.  
& Alexandro Papa vita functis, Guiliel- p. 615.  
mus Rex Scotiæ, Nunciis Romam mis-  
sis, a Lucio Papa obtinuit, ut ipse ab-  
solveretur, & Interdictum, cui Regnum  
suum subiacebat, tolleretur, Bulla Vel-  
letris die decima septima Martii data.  
Quod vero ad causam Joannis Episcopi  
S. Andreae pertinet, eam Papa a Rolan-  
do, electo Episcopo Dolensi, quem cum  
Legati potestate in Scotiam misit, discu-  
ti iussit.

S. Laurentio Dublinensi vita functo,  
Rex Angliæ bona Archiepiscopatus in-  
vaserat, tumque Joanni Cumino Cleri-  
co suo, olim S. Thomæ Cantuariensis pag. 611.  
hosti infensissimo, hanc Ecclesiam con-  
tulerat. Quem Romam profectum illo  
tempore, quo Legati Scotiæ advene-  
rant, Lucius Papa Veletris Sabbato ante  
Passio-

sæcul. XII. Passionem die decima tertia Martii anno millesimo centesimo octogesimo secundo Presbyterum, & Dominica Palmarum die vigesima prima ejusdem mensis Archiepiscopum Dublinensem ordinavit. Legatus vero Rolandus, ubi in Scotiam pervenit, pacem inter Regem & Joannem Episcopum S. Andreae reducere diu conatus, litus aruit.

## §. XXXVII.

*Causa Ecclesiæ Dolensis in Britannia.*

*Rob. de Monte an. 1177. Sup. lib. LXIX. §. 5. Lobineau hist. Beret. lib. VI. n. 43.* Rolandus ad Festum S. Martini, anno millesimo centesimo septuagesimo septimo, a Canonicis Dolensibus in Britannia in Episcopum hujus Ecclesiæ, quæ jus Metropoliticum sibi competere jam diu contendebat, electus fuerat. Quamvis enim Lucius II. Papa sententiam Archiepiscopo Turonensi definite faventem tulisset, licentiam tamen utendi Pallio Godefrido Episcopo Dolensi concesserat; unde Ecclesiæ suæ Jurisdictionem Metropolitica[m] assertam affirmabat, saltem in duos Episcopos Trecoriensem & Briocensem, & Godefridi successores idem jus sibi esse existimabant. Erat Rolandus antea Decanus Abrincensis, vir pius & doctus, cujus electioni Episcopi duo, Henricus Bajo-

Bajocensis & Richardus Abrincensis, at- Sæcul. XII.  
 que Abbas S. Michaelis Robertus Tori- A. C. 1182.  
 gniacensis, qui acta ista in suo Chroni-  
 co posteris tradidit, interfuerunt. Bar-  
 tholomæus illa tempestate Archiepisco-  
 pus Turonensis repugnabat, ne Rolan-  
 dus consecraretur, quod diceret, sibi  
 competere, eum utpote Suffraganeum  
 suum ordinare. Alexander Papa com- Martene  
 plures Epistolas dedit in hac causa tum Coll. nova.  
 ad Bartholomæum, tum ad Regem Lu- p. 102. &c.  
 dovicum juniorem, qui, quoad vixit, Ar-  
 chiepiscopi Turonensis jura tutatus est.  
 Quia enim Britannia in Ditione Regis  
 Angliæ erat, Rex Franciæ Regni sui præ-  
 rogativis adnumerabat, quod illius pro-  
 vinciciæ Episcopi Sedi Turonensi subji-  
 rentur.

Alexander Papa hanc causam non  
 decidit, etsi Archiepiscopus Turonensis  
 & Dolensis, qui & ipse ut Archiepisco-  
 pum se gerebat, in ejus conspectum ve-  
 nissent, alter ut Ordinationem obtine-  
 ret & Pallium, alter ut jus suum in Eccle-  
 siam Dolensem defenderet. Sed quia de  
 Jure utriusque non satis constare vide-  
 batur, consentientibus Partibus, manda-  
 ta Guidoni Archiepiscopo Senonensi,  
 Henrico Episcopo Bajocensi, Stephano Martene  
 Abbati S. Genovevæ Parisiis, & Decano p. 106.  
 Bajocensi dedit; nihil relinquerent in-  
 tentatum, quo Partes litigantes conci-  
 liarent,

Sæcul. XII  
A. C. 1182.

liarent, & si operam perdidissent, audirent testes atque Acta Romam mitterent, unde Papa, Partibus præsentibus, quibus ut post biennium Romam redirent præceptum, peremptoriam sententiam pronuntiaret.

Postquam Philippus Rex solium conscendit, causam Ecclesiæ Turonensis eodem vigore ac parens ejus defendendam suscepit; quod ex Epistolis, ipsius nomine hac de re a Stephano Abbate S. Genevovæ tum Papæ Lucio III. tum Octaviano & Meliori duobus Cardinalibus, quorum magna Romæ erat auctoritas, scriptis cognoscimus. Nihil autem aliud Lucius Papa in hac causa egit, nisi quod iterum mandata dederit, ut testes in ipsis locis de re ista audirentur. Dies apposita est his Mandatis decima octava Augusti Veronæ; unde sequitur hæc acta esse anno millesimo centesimo octogesimo quarto, quo etiam Papa Rolandum Cardinalem Diaconum creavit.

Steph. Torn.  
ep. 107. 108.  
19.  
Mart. p. III.

§. XXXVIII.

*Arnulphi Lexoviensis extrema.*

Rob. de  
Mon. an.  
1182.

Arnulphus Episcopus Lexoviensis, annis & infirmitatibus gravis, ac præterea a Rege Domino suo offensus, dimissa sua Ecclesia privatam vitam degebat. Et primo quidem in Abbatiam de *Mortemer*, Ordinis Cisterciensis in Diocesi

cesi Rotomagensi se se recipere statue- Sæcul. XII.  
 rat, quod ex ejus Epistola ad Abbatem A.C. 1182.  
 Cisterciensem dispicimus, sed postea, ~~\_\_\_\_\_~~  
 Abbatia S. Victoris Parisiis sibi delecta, *Arnold. ep.*  
 & commodis ædibus extructis, anno mil- *fol. 79. 80.*  
 lesimo centesimo octogesimo primo il-  
 luc se contulit. In Sede autem Lexo-  
 viensi successor ei subrogatus est Ru-  
 dolphus de *Venneville* Archidiaconus  
 Rotomagensis, antea Regis Angliæ Can-  
 cellarius.

Arnulphus in Ecclesia Sagiensi edu-  
 catus, sub Episcopo Joanne deinde, fra-  
 tre suo natu majore, Archidiaconus fuit.  
 Tum Joanne Episcopo Lexoviensi, Avun-  
 culo suo, anno millesimo centesimo qua-  
 dragesimo primo, fatis functo, ipse sus-  
 ceptus, Sedem illam annis quadraginta  
 tenuit. Anno millesimo centesimo qua-  
 dragesimo sexto Crucigeros, secundo  
 Hierosolymam proficiscentes, jubente  
 Eugenio IV. Pontifice, comitatus est.  
 Cum apud Regem Angliæ Henricum II.  
 auctoritate valeret, eundem ad recipien- *Gall. Chro.*  
 dum Alexandrum III. Papam impulit, *ex Ord. Vi-*  
 multumque ad eum S. Thomæ Cantua- *tali.*  
 riensi reconciliandum adlaboravit, cui *Sup. Lib.*  
 nihilominus deinde suspectus fuit, quod *LXIX.*  
 in aula frequens Principi velificari vide- *p. 14.*  
 retur.

Postquam munus Episcopale abdicas-  
 set, quidam Canonici Lexovienses, Ro-  
 mam



Sæcul. XII. mam profecti, eum coram Lucio Papa  
 A.C. 1182. accusarunt, quod bona Ecclesiæ suæ di-  
 lapidasset, obtinueruntque, ut in hac  
 causa Episcopus Abrincensis, Abbas Bec-  
 censis, & Abbas Seviniacensis Judices  
 constituerentur. Arnulphus vero, cui  
 suspecti erant, querelis ad Papam con-  
 tra sententiam delatis, effecit, ut nulla  
 declararetur. Quod ex Epistola ex se-  
 cessu suo ad Pontificem data videmus.  
 In Abbacia S. Victoris ut privatum Ca-  
 nonicum se gessit, ibidemque sancto fi-  
 ne quievit.

## §. XXXIX.

*Scandalum in Abbacia Grestaniensi  
 exortum.*

Non nullos Arnulphi Sermones, epi-  
 stolasque habemus, quas inter oc-  
 currit aliqua, ad Alexandrum III. data,  
 attentione digna. Abbaciam Grestanien-  
 sem, in Diœcesi Lexoviensi positam, illa  
 tempestate Guilielmus Exoniensis, Ab-  
 bas ibidem numero quartus regebat; qui  
 speciem obtendens, quod bona Mona-  
 sterii sui, in Anglia sita, curaret, tantum  
 non toto anno in illo Regno, Actiones  
 in Judicio prosequens, ceterumque ge-  
 nio indulgens, versabatur, nec ab Epi-  
 scopo officii sui admonitus acquiescebat.  
 Interim vero effrenata licentia in ejus  
 Mona-

ep. p. 53. 97.

Monasterio Disciplinam Regularem ex-Sæcul. XII.  
 pulerat. Intus nulla Regulæ reveren- A.C.1182.  
 tia, foris nec pauperes nec hospites ex-  
 cipiebantur. Monachi invicem vapu-  
 labant, & rixantes pugionibus se se vul-  
 nerabant. In vulgus sparserant, esse a-  
 pud eorum monasterium prodigiosæ  
 virtutis aquam, in quam si ægrotus se-  
 pties immergeretur, sanitatem recipe-  
 ret; ac quædam mulier, hujus aquæ vim  
 expertura, inter monachorum manus  
 extincta est.

Monachorum aliquis coquum occi-  
 dit, quod conquereretur, ipsum ad uxo-  
 rem suam frequentissime invisere. Tan-  
 dem eum monasterii œconomus, cui Ab-  
 bas curam domus se absente commise-  
 rat, se se ad cœnam ingurgitasset, cra-  
 pulæ vaporibus accensus, in Refectorio  
 duos monachos cultro feriit, atque illi  
 protinus impacto fuste temulentum e vi-  
 ta exturbarunt.

Ergo Arnulphus Episcopus, data ad  
 Alexandrum Papam Epistola, rogavit;  
 tantis malis mederetur, & monachos  
 pessimos singulos in alia monasteria, quæ  
 Disciplina Regularis commendaret, spar-  
 geret, ac ut facilius in Domum Gresta-  
 niensem novos incolas induceret, Cano-  
 nici Regulares advocarentur. *Quippe,*  
*ajebat, in hac provincia multa celeberrima*  
*monasteria numeramus, sed paucas*  
*Hist. Eccles. Tom. XVIII. I Abba-*

Sæcul. XII. *Abbatias Canoniorum, quæ paupertate*  
 A. C. 1182. *premuntur; unde fit, quod populares*  
nostri, Canoniorum Institutum ample-  
cti cupientes, plerique ad provincias ex-

*Neustria pias migrare cogantur.* Nihilominus  
 p. 533. Papæ non est visum, Grestaniensem Ab-  
 Rob. de batiam alteri virorum Religiosorum Or-  
 Mont. vulg. dini tradendam esse; sed Archiepiscopus  
 an. 1185. Rotomagensis, cui Guilielmus Abbas  
 carus erat, eum Pontesiam ad Abbatiam  
 S. Martini anno millesimo centesimo o-  
 ctogesimo quinto transtulit. Monaste-  
 rium vero Grestaniense sub Regula  
 S. Benedicti usque in hanc diem per-  
 mansit.

C. Extrav.  
 de Relig.

Ceterum œconomus Grestanien-  
 sis, a monachis mactatus, videtur esse ma-  
 teria cujusdam Decreti, ab Alexandro  
 Papa editi, in hunc modum: *Ad nos*  
*delatum est, quod aliqui ex vobis ho-*  
*minem in ebrietate interfectum colant,*  
*licet Ecclesia vix Fidelibus concedat,*  
*Deum precari pro hominibus oppressis,*  
*antequam crapulam exhalaverint.* Di-  
 cit enim Apostolus: *ebriosi Regnum*  
*Dei non possidebunt.* Denique, etsi de-  
 functus iste miracula patraret, eum ta-  
 men tanquam sanctum venerari abs-  
 que Ecclesiæ Romanæ auctoritate non  
 liceret.

## §. XL.

Sæcul. XII.  
A. C. 1182.*Parvuli a Judæis occisi.*

Philippus Rex Franciæ, nuper coronatus, Judæos, in Regno suo præcipue Parisiis opulentissimos, vehementer averfabatur. Nam juvenes Principes, se-  
cum in Aula paterna educatos, sæpe di- *Rigord.an. i. p. 6.*  
cere audiverat, quod Judæi Parisienses singulis annis in Cœna Domini, vel alia Hebdomadæ Majoris die, sacrificii loco, Christianum in antris subterraneis jugularent.

Non nulli, vivente patre ejus, tanti criminis convicti, flammis traditi fuerant; & in Martyrum numerum referebatur quidam parvulus nomine Richardus, a Judæis crudelem in modum peremptus & crucifixus, cujus corpus reconditum quiescebat Parisiis in Ecclesia *Id. p. 21.*  
S. Innocentii, & loco, qui *de Campellis* dicebatur, ubi erat Cœmeterium civitatis, a Philippo Rege anno millesimo centesimo octogesimo quinto muris cinctum. Multa miracula edita fuisse dicebantur ad tumulum Richardi, qui Pontesiæ necatus, inde Lutetiam Parisiorum translatus fuerat; namque id Robertus Abbas in Monte S. Michaelis testatum *Rob.an. 1171* facit.

Idem Scriptor refert, sub annum millesimum centesimum septuagesimum primum,

*Sæcul. XII.*  
*A.C. 1182.*

*Boll. 25.*  
*Mart. to. 8.*  
*p. 588.*

*Chro. Jo.*  
*Brom. p.*  
*1043. 1050.*

*Gervas.*  
*Chron. 1181.*

primum, Theobaldum Comitem Carnotensem complures Judæos, Blesis habitantes, jussisse flammis consumi, quod puerum tempore Paschali in opprobrium Christianorum crucifixum & sacco inclusum in Ligerim amnem demersissent, ubi corpus inventum Hebræorum nequitiam manifestasset. Eos itaque convictos igne fuisse deletos, illis exceptis, qui Christianam Religionem suscepissent. Addit is Auctor eodem flagitio se poluisse Judæos in Anglia Gorwici, Stephano Rege solium occupante, cum puerum nomine Guilielmum, iterumque alium Glocestriæ posteriore tempore sub Rege Henrico II. interfecissent.

Quidam auctor Anglus Guilielmum puerum anno nono Stephani Regis, seu anno salutis millesimo centesimo quadragesimo quarto, & alterum Glocestriæ crucifixum, sub annum sextum Henrici II. seu annum Domini millesimum centesimum sexagesimum, Martyrium passos putat. Tandem & alius puer, nomine Robertus, in Anglia a Judæis tempore Paschali anno millesimo centesimo octogesimo primo cæsus, & in Ecclesia S. Edmundi sepultus legitur, ubi miracula edi fama erat. Ante hoc tempus nullibi occurrit, Judæos immanis sævitiae fuisse accusatos, quod exinde sapiissime factum. Calumnias esse in innocentes

centes jactas, dicunt Judæi, cur vero Christiani illo potius quam alio tempore Judæos latrones accusassent, nisi aliquod argumentum suppetiisset?

Sæcul. XII.  
A.C. 1182.

Cardoso  
excell.  
calomm. 10.

§. XLI.

*Judæi ex Francia expulsi.*

Præterea Regis Philippi animum in Judæos exarcebat, quod cum ab antiquissimo tempore Lutetiam incolerent, & ibidem eorum Magistri doctrinæ laude præ ceteris florerent, tantas opes congefissent, ut prope mediam civitatis partem jure proprietatis tenerent. Quod contemptis legibus civilibus & ecclesiasticis haberent domi suæ mancipia Christiana utriusque sexus, quæ ad judæicos Ritus servandos compellebant. Quod usuras enormes exigerent a Christianis Nobilibus, Civibus, agricolis, quorum aliqui patrimonium vendere, alii in domibus Judæorum captivi & jramento adstricti manere cogentur. Quod, si necessitate Ecclesias premente, pecuniæ mutuæ ab ipsis peterentur, pignoris jure acciperent Imagines Crucifixi, & Vasa Sacra, quæ profanabant, ex iis bibebant, aut in angulis domus spurcissimis reponebant. Rex de hoc negotio quemdam Eremicolam, nomine Bernardum, in silva Vincenniana degentem, ac ab omnibus pro viro sancto

Rigord. p. 8.

Sæcul. XII.  
A.C. 1182.

*Guil. Armo.*  
*p. 72.*

*Auff. Aquicind. an.*  
*1183.*

habitum, interrogavit, ejusque amplexus consilium, omnes Christianos ab are alieno, quo Judæis obstringebantur, liberavit, quinta parte sibi servata. Tandem vero mense Aprili, anno millesimo centesimo octogesimo secundo, Rex edito mandato Judæis denunciavit; ita rebus suis consulerent, ut ad Festum S. Joannis ad migrandum e regno suo parati essent. Hasque inducias dabat, quibus interim res suas mobiles venderent, nam eorum domos, agros ceteraque bona immobilia suo ærario addixit. Aliqui Judæorum, baptizari se passi, bona sua & libertatem obtinuerunt, alii tum donis tum promissis Præsules & Optimates sibi conciliarunt, quod sperarent, ipsorum precibus Regem daturum esse, ut Decretum retractaret. Sed Rege proposito constanter in hærente, Judæi, rebus suis mobilibus venditis, mense Julio ejusdem anni millesimi centesimi octogesimo secundi cum uxoribus suis, & liberis & servulis e Regno migrarunt. Anno sequente, jubente Rege, omnes Judæorum Synagogæ Catholico ritu consecratæ in Ecclesias conversæ sunt, universi Regni populis Philippi clementiam summis laudibus extolentibus.

Sub initium ejusdem anni millesimi centesimi octogesimo tertii, cum Guilielmus

mus Archiepiscopus Remensis & Philip. Sæcul. XII.  
 pus Comes Flandriæ Attrebatî arcana A.C. 1182.  
 tractarent negotia, quædam mulier ex  
 ditione Comitis multos Hæreticos Pa-  
 tarinos id est Manichæos detulit, qui  
 propria confessione convicti fuerunt,  
 quod Doctrinam impurissimam tenerent.  
 Erant vero Clerici, Nobiles, ruricolæ,  
 puellæ, mulieres maritum habentes, &  
 viduæ, omnes ab Archiepiscopo & Co-  
 mite, bonis ærario Principis addictis, ad  
 ignem damnati.

## §. XLII.

*Latini Constantinopoli trucidati.*

Manuel Comnenus Imperator propen-  
 so in Latinos animo iis solis majo-  
 ris momenti negotia committebat, quod  
 Græcis fideliores & in perficiendis man-  
 datis magis strenuos expertus fuisset.  
 Cumque in eos esset munificentissimus,  
 undique ad Manuelis Curiam conflue-  
 bant. Sed idipsum Græci & in primis  
 Nobiles ac Imperatorem sanguine con-  
 tingentes furiose indignabantur, inde-  
 que diu ante conceptum in Latinos o-  
 dium acuebatur. Iram quoque accen-  
 debant diversæ circa quæstiones de Re-  
 ligione opiniones, & Græci Ecclesiæ Ro-  
 manæ auctoritati cedere recusantes, o-  
 mnes illos, qui ab ipsorum traditioni-  
 bus abirent, Hæreticos existimabant.

*Guil. Tyrie.  
 XXII. c. 10.*



Sæcul. XII. Ita de hac re scribit Guilielmus Archie-  
A. C. 1182. piscopus Tyriensis, sæpius Constantino-  
 poli commoratus, additque, quod Ma-  
 nuele Imperatore defuncto Græci ve-  
 terem rabiem explere, Latinosque in  
 toto suo Imperio opprimere quæsi-  
 verint. Verum defuit occasio, quamdiu Alexius  
 Protovestiarius & Protosebastus, qui  
 Imperatricis, ejusque filii juvenis Impe-  
 ratoris, animo moderabatur, rerum po-  
 titus est; is enim etiam Latinorum con-  
 silio & opera utebatur.

At hujus viri fastus & avaritia brevi  
 omnium odium concitavit; quare re-  
 belles Andronicum advocant, ex Comne-  
 norum genere ortum, virum nunquam  
 quietum, perfidum, qui sub Manuele  
 Imperatore carceri inclusus, postea fu-  
 gitivus totum Orientem peragraverat.  
 Tandem Manuel, tribus ante obitum  
 mensibus, revocato præfecturam ad Pon-  
 tum videlicet honestum exilium dede-  
 rat. Cum igitur a conjuratis fuisset in-  
 vitatus, cum exercitu venit ad Helle-  
 sponsum, & castra in conspectu Con-  
 stantinopolitanæ civitatis metatur. Tunc  
 vero omnes temporibus cedunt, capitur  
 Alexius Protosebastus, atque ad Andro-  
 nicum missus, oculis privatur. Andro-  
 nicus deinde copias fretum trajicere  
 jussit contra Latinos, qui ab amicis de  
 insidiis moniti, conscensis triremibus  
 qua-

*Nicot. p. 126.*

quadraginta, lembisque, ut forte in portu erant, tota familia rebusque quas poterant velociter impositis, Græcorum molimina effugiunt. Infirmi vero vel segniores militum Andronici, populique Constantinopolitani furorem perpeffi sunt. Et pauci quidem reliqui Latini, sumtis viriliter armis, haud inulti plane ceciderunt, dum interim mulieres, infantes, senes, ægroti in domibus suis inhumane comburuntur. Tota illa urbis regio in cineres redacta. Græci, ne quidem Ecclesiis aliisque piis locis parcentes, tam ipsa ædificia quam miseros, qui ad ea confugerant, injectis ignibus barbara immanitate consumserunt. Nec alio discrimine Presbyteros monachosque ac Laicos habebant, quam quod in illos crudelius sævirent.

Præter ceteros Clericos Constanti-  
nopoli tunc versabatur Joannes Cardina-  
lis Subdiaconus, quem Papa, ab Impera-  
tore Manuele rogatus, miserat, ut divi-  
sas Ecclesias componere conaretur. Is,  
dum sternuntur Latini, in ædibus suis  
permanfit, ac quibusdam viris piis in-  
trantibus & orantibus, ut fugeret, re-  
spondit: *Absit fuga! ad pacem & con-*  
*cordiam inter Ecclesiam Occidentis &*  
*Orientis reducendam, a Domino meo*  
*Papa jussus, adveni.* Mox adsunt Græci,  
Cardinali caput amputant, illudque  
I s caudæ

Sæcul. XII.  
A. C. 1182.

Rob. de  
Monte. an.  
1182.

Sæcul. XII. A. C. 1182.  
 Græcorum in Latinos feritas.  
 Cang. C. P. lib. 4. 163.  
 Tyr. c. 13.

caudæ canis alligatum per urbem raptant. Corpora etiam Latinorum occisorum e terra effossa per plateas distraxerunt. Hospitium S. Joannis, quod Equites Hospitalarii Hierosolymitani custodiebant, ingressi, omnes ægrotos, quotquot ibi decumbebant, interfecerunt. Nemo magis ac Presbyteri monachique Græcorum latrones ad delendos interneccione Latinos accendebant, ipsi eos ex domibus suis & abditissimis locis erutos, ne vel unus evaderet, carnificibus tradebant, quibus fatigatis etiam dabant pecuniam, ut lucelli spes vel misericordiam extingueret, vel segnitiam abigeret. Humanissimi Græcorum in ædibus suis latentes Turcis aliisque Infidelibus venundabant, etsi integram salutem ad se confugientibus spondissent. Ita in servitutem redactorum Latinorum omnis sexus, omnis ætatis omnisque conditionis millia saltem quatuor numerabantur. Hæc fuit Græcorum in Latinos a longo tempore Constantinopoli habitantes crudelitas, non obstante, quod eos filiarum vel propinquarum suarum nuptiis delinire studuerint. Ceterum inaudita strages mense Aprili anno millesimo centesimo octogesimo secundo edita.

Latini qui fuga maritima Græcorum perfidiam evaserant, haud minore truculen-

culentia vices hostibus reddiderunt. Illi <sup>Sæcul. XII.</sup>  
 enim haud procul Constantinopoli colle- <sup>A.C. 1182.</sup>  
 cti expectarunt, quem exitum tumultus  
 esset habiturus; ubi vero miserrimam  
 suorum cædem compererunt, ingenti i-  
 ra concitati vela faciunt, atque Helle-  
 spontum omnesque oras ab ostiis maris  
 Nigri usque ad mare Mediterraneum  
 circumvecti, ubicunque appulissent, ur-  
 bium oppidorumque incolas sine discrimi-  
 ne perimunt. Tum etiam Monaste-  
 ria in illis litoribus posita, Insulasque po-  
 pulantur, monachos & sacerdotes flam-  
 mis enecant, ipsa monasteria cunctos-  
 que qui in iis refugium quæsierant in-  
 cendunt, prædando opes immensas cu-  
 mulant atque damnum, quod passi erant,  
 magno cum fœnore resarciunt. Nam  
 præter illa dona, quibus cives Const-  
 antinopolitani hæc Monasteria locupleta-  
 verant, etiam maximam auri argentique  
 vim, ibi servandam deposuerant, quam  
 Latini abstulerunt. Eodem furore oras  
 Thessaliæ aliarumque provinciarum,  
 quas mare alluit, devastarunt, diripue-  
 runt, urbes & vicos injectis flammis  
 concremarunt. Tum triremibus, quas  
 in diversis locis ceperant, militariter in-  
 structis, classem formidandam in Græcos  
 adornarunt. Non nulli vindictæ imma-  
 nitatem horrentes, nave cum uxoribus  
 &

Sæcul. XII. & parvulis conscensa in Syriam se rece-  
A.C. 1182. perunt.

## §. XLIII.

*Andronicus Constantinopolim vo-  
 catur.*

*Nicot. ep. 163* Inter hæc Constantinopoli nullus non  
 Optimatum fretum trajiciebat, An-  
 dronicum salutaturus. Ultimus omnium  
 ivit tandem Theodosius Patriarcha, Cle-  
 ricorum præcipuis comitantibus. Cui  
 Andronicus, cum servuli nunciarent,  
 Præsulem ipsius Tabernaculo imminere,  
 obvium se intulit, tectus veste violacea,  
 parte antica aperta, tantum usque ad  
 genua dependente. Galero caput ve-  
 laverat acuminato fusci coloris; quo in  
 habitu in conspectu Patriarchæ, equo  
 insidentis prosternitur, ac surgens pedes  
 ejus osculatur, Præsulem appellans Im-  
 peratoris servatorem, salutis publicæ  
 amantem, veritatis defensorem, alterum-  
 que, si eloquentiæ vis spectaretur, Chry-  
 sostomum.

Patriarcha tunc Andronicum, antea  
 nunquam visum, conspiciens, talem om-  
 nino esse notavit, qualem sibi Manuel  
 Imperator depinxerat, virum staturam  
 nactum longe supra vulgarem, oculis fe-  
 rocibus, superbo supercilio, sensus suos  
 dissimulantem, suspicionibus captum,  
 cogi-

cogitationibus suis defixum, arroganti Sæcul. XII.  
 incessu, colloquentibus sibi astutum & A.C. 1182.  
 ambiguum. Comiter, ut videbatur,  
 sermonem conferentes, Andronicus &  
 Patriarcha alter alteri vera dixit, quæ  
 uterque tanquam non intelligentem  
 præterlapsa abire permisit. Androni-  
 cus deinde Constantinopolim intravit,  
 ubi non minore auctoritate quam in ce-  
 teris provinciis imperabat. Omne ta-  
 men honoris genus Alexio juveni exhi-  
 buit, eumque cum Agnete sponsa sua  
 Philippi Regis Francorum filia coronari  
 iussit.

## §. XLIV.

*Res Regni Hierosolymitani.*

Regnum Hierosolymitanum ruinam Guil. Tyr.  
 manifeste minabatur, tum quod in XXII. c. I.  
 tus Principes intempestive rixarentur,  
 tum quod foris fidem Infidelibus datam  
 non servarent. Cum jam omnibus sa-  
 tis perspectum esset, Regis morbum le-  
 pram esse, qua ad res gerendas redde-  
 batur ineptus, ille suspicionibus agitari  
 cœpit; Boemundum Principem Antio-  
 chiæ, & Raimundum Comitem Tripoli-  
 tanum, se suisque exclusis, Regnum u-  
 surpaturos esse. Quare sororem suam  
 Sibillam, Marchionis Montisferrati vi-  
 duam, alteri nuptui dare statuit; cum-  
 que eam alicui potentissimorum in Pa-  
 læstina

Sæcul. XII. læstina Principum jungere debuisset,  
 A.C. 1182.

præcoci consilio quemdam juvenem  
 Francum, Guidonem Lusignanum, Hu-  
 gonis Fulci Comitis Marchiæ filium, so-  
 rori suæ maritum delegit. Hæ nuptiæ  
 intra Octavam Paschæ præter morem  
 celebratæ. Præterea Reipublicæ noce-  
 bat Arnoldus Castellionensis Dominus

*Vie de Sa-  
 lad. MS. an.  
 1181.*

Caracæ, cujusdam urbis munitæ, in fini-  
 bus Syriæ positæ, ab antiquis Petra de-  
 ferti dictæ, quippe in aditu deserti Ara-  
 biæ super editissimum montem extru-  
 ctæ, quam Latini Archiepiscopatus titu-  
 lo decoraverant. Is enim sæpe ex mu-  
 nitionibus suis erumpebat, & aliquando  
 insuperhabitis pactis Latinorum cum Sa-  
 ladino induciis, complura mercatorum  
 agmina, rebus suis spoliata, vinculis de-  
 dit. Quin etiam consilium, quod a plu-  
 ribus jam annis meditabatur, exequi sta-  
 tuit, atque usque ad portas Meccæ la-  
 trocinari. Dum omnia ad hanc expé-  
 ditionem comparat, Emir Syria præ-  
 fectus, admonitus, suos eduxit; nec  
 tamen Arnoldum aggressus est, sed satis  
 ei fuit, Meccam peregrinantibus iter  
 securum præstare. Paucis exinde ela-  
 psis mensibus, cum navis, qua mille quin-  
 genti Christiani vehebantur, in conspe-  
 ctu urbis Damietæ naufragium fecisset,  
 Saladinus quotquot evaserant vinciri  
 jussit, mercibus ærario suo adscriptis.

Tum

Tum missis ad Regem Hierosolymæ nunciis, petiit, ut omnes Musulmanni, ab Arnoldo Castellionensi, & Templariis Caracensibus capti, libertati restituerentur, ac Christiani ob violatas inducias, quod par esset, persolverent. Quæ nisi cito obtineret, bellum Regi dicebat, ac minabatur, Christianos a se victos eadem esse passuros, quæcunque Templarii Musulmannis intulissent.

Rex Balduinus ministrum Saladini contemptum dimisit, timens, ne offenderet Templarios, qui publice profitebantur, se nemini nisi soli Papæ & Ordinis sui Præpositis obedire, ac prædam de peregrinantium agminibus coactam reddere volebant. Itaque Regem ad suscipiendum bellum, id dissuadentibus omnibus Principibus, compulerunt; non enim pluribus copiis quam duobus tribusve peditum millibus, & equitibus septingentis instructus erat, cum contra Saladinus viginti virorum millia in aciem posset educere.

§. XLV.

*Boemundus Princeps Antiochiæ excommunicatur.*

Anno superiore, millesimo centesimo octogesimo primo, Boemundum Principem Antiochiæ, qui pellicis amore captus

Sæcul. XII.

A.C. 1182.



Sæcul. XII.  
A.C. 1182.

ptus uxorem legitimam dimiserat, Amalricus Patriarcha, bis frustra monitum, excommunicationis censura adstrinxerat. Princeps irritatus Patriarcham, Episcopos, ceterosque illius provinciæ Præsules persequitur, vi adhibita capit, contemta Ecclesiarum & Monasteriorum immunitate, bona diripit, agrosque vastat. Quin ipsum Patriarcham cum Clericis suis in arce ad Ecclesiam pertinente inclusum obsidet. Unde non nulli Optimates nefas indignantes, ab ejus obsequiis discesserunt, ac præter alios Renaldus *Mansuer*, qui, in castro suo insuperabili tutus, Præsules e sedibus suis ejectos, aliosque in eadem causa vexatos, recepit. Sapientiores vero timebant, ne Christianorum rixis, tanquam beneficio fortunæ, usi Infideles Regionem in suam potestatem iterum redigerent. Ergo Rex Hierosolymæ, Patriarcha, Præsules Regnique Optimates ad deliberandum conveniunt, pensantque omnia, quæ Patriarcham Antiochenum, antequam Censuras Ecclesiasticas adhiberet, cogitare oportuisset. Non enim vi manifesta Boemundum, licet meritum, cogere ausi sunt, ne in auxilium Turcas vocaret, quibus deinde ejiciendis, etsi vellet, par non esset. Nec etiam crediderunt, preces & monita in mente hominis ferocis & libidine turbati quid-

quidquam effectura esse; sed statuerunt, Sæcul. XII.  
A.C.1182.  
tolerandum minus malum, ne pejus su-  
perveniret, & expectandum, donec Deo  
cor Principis convertere placeret. Cum  
præterea, Principe excommunicato, to-  
ta provincia ita Interdicto subjaceret, ut  
nullum Sacramentum nisi Baptismus  
parvulis administraretur.

Communi tamen consilio decretum;  
Patriarcha Hierosolymitanus, Renaldus  
Castellionensis, Principis socer, Frater  
Arnoldus Torogius Templariorum Ma-  
gister, & Frater Rogerius *Molins* Ho-  
spitaliariorum Magister, Antiochiam se  
conferrent, experturi, an hisce malis re-  
medium afferre possent. Metuebant  
enim, ne a Principibus, ultra mare de-  
gentibus, vel ignaviæ vel nequitia ac-  
cusarentur, si Christianis sibi vicinis &  
tam tristi sorte afflictis, non succurre-  
rent, aut saltem commiserationem ali-  
quo facto non profiterentur. Patriar-  
cha Hierosolymitanus præterea itineris  
socios delegit Archiepiscopum electum  
Cæsareæ, cui nomen *Moine*, Albertum  
Episcopum Bethlehemiticum, Renaldum  
Abbatem Montis *Sion*, & Petrum Prio-  
rem S. Sepulchri, viros prudentia & ju-  
dicio præditos. Tum etiam in via Co-  
mitem Tripolitanum, Principis Antio-  
cheni amicum carissimum, rogarunt, ut  
& ipse hac legatione fungeretur, ac pri-  
*Hist. Eccles. Tom. XVIII.* K mo

Sæcul. XII.  
A C. 1182.

mo Laodiceæ, & deinde Antiochiæ congregati, pacem ad tempus impetrarunt, his conditionibus: Patriarchæ, Episcopis, Ecclesiisque omnia ablata restituantur, Interdictum solvatur, Princeps autem Excommunicatione ligetur, donec concubinam expulerit.

Ita rebus utcunque mitigatis discessum. Sed Princeps a stupri consuetudine abstrahi non potuit; quin spreto periculo perdendi Rempublicam optimos amicorum procul abire a conspectu iussit, non alia motus causa, quam quod adulterium damnare dicerentur. Nec homines de plebe sed viros spectatissimos, militiæ suæ Præfectum, Cubiculariorum præpositum, tresque alios ex purpuratis ejecit, quos Rupinus Princeps Armeniæ ad se confugientes honorifice excepit, ac census, quibus honeste vitam sustentarent, destinavit.

§. XLVI.

*Maronitæ Ecclesiæ Romanæ junguntur.*

*Guil. Tyr. XXII. c. 8. Jac. de Vit. hist. Hierosol. c. 77. Sup. lib. XL. §. 18.* Aimerico Patriarchæ Antiocheno, ex Latinis tertio, paulopost ingenti solatio fuit, quod Maronitas ad sinum Ecclesiæ Romanæ reducere licuerit. Erant enim Monothelitæ, Macarii Patriarchæ Antiocheni, in sexta Synodo Generali,

rali, anno salutis sexcentesimo octogesi-  
 mo primo damnati, erroribus imbuti; Sæcul. XII.  
A.C. 1182.  
 quod usque adeo notum erat omnibus,  
 ut Christianis Orientalibus lingua Ara-  
 bica scribentibus ad significandum Mo-  
 nothelitam non aliud vocabulum quam  
*Maronita* suppetat. Ceterum Maroni-  
 tarum populus quadraginta circiter ho-  
 minum millia explebat, in monte Liba-  
 no ac confiniis in Diocæsisbus Gibletana,  
 Botroniensi & Tripolitana dispersus.  
 Cumque viri essent bellicæ artis laude  
 insignes, spectatæ fortitudinis & Latinis  
 utilissimi, eorum conversio omnibus ma-  
 gnæ lætitiæ causa extitit; non enim so-  
 lum fidem Catholicam susceperunt, sed  
 etiam traditiones Ecclesiæ Romanæ, ei-  
 que conjuncti sunt cum Patriarcha suo  
 & quibusdam ipsorum Episcopis, qui,  
 ut Latinos imitarentur, acceptis Mitris,  
 annulis & Baculis, etiam campanarum  
 usum in Ecclesias suas invexerunt. Nam  
 Græci & Orientales populi non æs sed  
 tabulam ligneam pulsant, cum Fideles ad  
 Officium Divinum vocant, eo ferme  
 modo, quo nos in Parasceve Domini  
 populum monemus. Unde Orientales,  
 ut hanc conversionem diserte explicent,  
 dicunt, Maronitas effectos fuisse Fran-  
 cos. Nihilominus illa ætate sicut &  
 nostra in Officio Divino lingua Chaldaica  
 & in sermone vulgari Arabica utebantur.

K 2      §. XLVII.

Sæcul. XII.  
A.C. 1183.

§. XLVII.

Archiepiscopatus Montis Regalis in Sicilia.

*Fâsel. 1. Dec.*  
*lib. 8. p. 110.*  
*2. Dec. 7. c. 5.*  
*p. 433.*

*Baron. an.*  
*1174. n. ult.*

*Ric. de*  
*S. Ger.*

Anno millesimo centesimo septuagesimo quarto Guilielmus II. Rex Siciliae Monasterium Benedictinorum, quatuor milliariis Panormo, Regia urbe, distans condidit, in quodam loco amœno ad pedem montis, qui a longa Regum commoratione Mons Regalis dictus est, ubi deinde modicum oppidum extructum. Novo Monasterio Lucius III. complura privilegia, ac inter alia exemptionem concessit, tum etiam ut soli S. Sedi esset subiectum. Tandem, a Rege rogatus, Lucius Papa hanc Ecclesiam Metropolitancam esse iussit, non obstante urbis Panormitanæ propinquitate, eique Episcopos Suffraganeos Catanensem & Syracusanum, licet in altera extremaque Siciliae ora positos, dedit. Cujus rei auctor erat Matthæus Cancellarius, is enim in Gualterium Archiepiscopum Panormitanum invidia ardens, Regem permovit, ut Ecclesiam Montis Regalis, adversantibus licet antiquissimis Constitutionibus Ecclesiasticis, in Metropolim erigi urgeret. Diplomata Pontificia quinta Februarii anno millesimo centesimo octogesimo tertio data sunt. Guilielmus vero

vero Abbas, fundati Monasterii numero Sæcul. XII.  
 secundus, Archiepiscoporum ibidem pri- A.C. 1183.  
 mus fuit, ordinatus manibus ipsius Pa-  
 pæ, qui præcepit, ut in hac Ecclesia Di-  
 sciplina Monastica perpetuo servaretur.

## §. XLVIII.

*Christianus moritur. Conradus Ar-  
 chiepiscopus Moguntinus.*

Inter hæc Lucius Papa Velitris com-  
 morabatur, a civibus rebellibus Ro-  
 ma pulsus. Jurgiorum causa erant quæ- Rog. Hoved.  
 dam consuetudines, quas Papa nunquam p. 621.  
 se servaturum juravit, etsi eas Anteces-  
 sores ipsius tenuissent. Quamobrem  
 Romani usque adeo accensi sunt, ut di-  
 ripere & incendere Pontificis terras cœ-  
 perint, ipso ab una arce in aliam fugien-  
 te. Tunc quidem Christianus Archie- Jo. de Ceis  
 piscopus Moguntinus, Imperatoris Can- Chron.  
 cellarius ad præstandum Papæ auxilium  
 cum valido Germanorum exercitu ad-  
 venit; jamque Romanis cuncta in dies  
 arctiora fiebant, cum Christianus Tuscu-  
 lani morbo corripitur. Itaque Lucius  
 Papa, qui non procul inde aberat, ad Ar-  
 chiepiscopum invisit, qui deficientibus Hist. ap. Sev.  
 viribus se se erigere ad excipiendum p. 826.  
 Summum Pontificem non potuit; sed  
 peccata sua ei confessus ab ejusdem ma-  
 nibus Sacramenta & Indulgentiam ac-  
 cepit,

Sæcul. XII.  
A.C. 1183.

cepit, sicque mense Augusto anno millesimo centesimo octogesimo tertio extinguitus est. Plerique credidere, Romanos in potione aquæ, cujus fontem veneno infecissent, ei mortem propinasse. Tunc vero exercitu, quem duxerat, dilapso, Romani Summo Pontifici multo insolentius resistere ausi sunt. Ad Sedem Moguntinam, per Christiani abitum vacantem, Conradus, olim ad eandem evectus, rediit, relicta Sede Salisburgensi, quo translatus fuerat. Albertus vero Bohemus Salisburgum, jubente Imperatore, & illa Ecclesia consentiente, reversus, die decima nona Novembris anno millesimo centesimo octogesimo tertio Cathedræ Archiepiscopali secundo imponitur.

## §. XLIX.

*Subsidia Papæ data.*

Rog. p. 632.

Lucius Papa satis intelligens, quod sine ope aliena vim Romanorum repellere non posset, Nunciis ad Principes tum Laicos tum Ecclesiasticos missis, pecuniæ subsidia petiit. Cum illi in Angliam venissent, & sibi mandata exposuissent, Rex convocatis Episcopis ceterisque Clericis, quid sentirent interrogat. Respondent illi; daret Rex Pontifici, quantum videretur, & suo & Clericorum nomine, *malumus enim, ajebant, pecuniam, quam*

quam Romam miseris, tibi, si petas, red- Sæcul. XII.  
dere, quam tolerare, ut Papa, missis in A.C. 1183.  
Angliam nunciis, subsidia a Clericis e-  
xigat; ne nova res vim consuetudinis  
obtineat, & Regia Jurisdictio detrimen-  
tum patiatur. Obsecutus est id suaden-  
tibus Rex, misitque Papæ magnam co-  
piam pecuniæ; atque his, aliisque ab  
aliis Principibus impetratis auxiliis, Lu-  
cius Papa pacem a Romanis coemit.

Eodem anno cum Papa Veletri ver- Rog. p. 621.  
saretur, Joannes & Hugo, qui de Episco-  
patu S. Andreae in Scotia litigabant, in  
Consistorio auditi sunt, visumque Judi-  
cibus, neutri eorum in hanc Ecclesiam  
jus esse. Ergo ambo simpliciter, nulla Sup. n. 27.  
adjecta conditione, in manus Pontificis  
renunciant, & a Curia recedentes expe-  
ctant, quid ejus clementia de ipsis de-  
cerneret.

Elapsis paucis diebus Pontifex Hu-  
goni Ecclesiam S. Andreae reddidit, &  
Joanni Duncheldensem contulit, cum  
omnibus bonis, quæ ei Rex Scotiae ab-  
stulerat. Ubi in Scotiam pervenerunt,  
quisque suæ Sedis possessionem adiit.  
Rege vero ea, quæ Papa jusserat, Joanni  
restituere detrectante, is de Episcopa-  
tu S. Andreae cum Hugone iterum jur-  
gari cœpit.



Sæcul. XII.  
A.C. 1183.

§. L.

*Rex Angliæ juvenis moritur.*

*Id. sp. 620.*

**H**oc etiam anno Henricus juvenis Rex Angliæ ante diem morti occubuit. Is in Lemovicensi Regione arma patri inferens, & sæpe perjuriis ac promissis fallacibus eidem insidiatus, tandem animi ægritudine, quod pessimis suis consiliis deesset fortuna, ad corpus transeunte, Martelli in Regione Cadurcensi gravi morbo corripitur. Sentiens se moriturum, ministrorum aliquem ad patrem misit, qui, filio non fidens, venturum se negavit. Ægrotus Episcopis ceterisque Clericis, qui forte proximi erant, convocatis, peccata sua primum secreto & deinde publice confessus est. Tum, Absolutione accepta, Guilielmo Mareschallo amico suo Crucem, quam Hierosolymanam peregrinaturus gesserat, tradidit, addens mandatum, ut votum a se editum ipse impleret. Mox detractis sibi Regiis vestibus, cilicium indutus, alligato ad colulum fune, ad Episcopos Clericosque conversus, *nunc vero, ait, me, indignum peccatorem, vobis, Dei ministris, totum committo, oroque Dominum Nostrum Jesum Christum, qui latroni in Cruce pendenti ignovit, ut intercedentibus precibus vestris, & infinita ejus misericordia, infelici animæ meæ parcat.* Omnibus

bus respondentibus: *Amen*, adjecit: *hoc Sæcul. XII.*  
*funè trahite me ex lecto & super cinerem A. C. 1183.*  
*in terram sparsum sternite.* Quod cum  
 fecissent, duosque eximia magnitudinis  
 lapides quadratos, alterum capiti alte-  
 rum pedibus admovissent, Viatico refi-  
 citur, & paulo post extinguitur, in Fe-  
 sto S. Barnabæ, die undecima Junii, an- *Chro. Vo-*  
 no salutis humanæ millesimo centesimo *siens. p. 290.*  
 octogesimo tertio, ætatis suæ vigesimo  
 octavo. Corpus defuncti, ut jufferat,  
 Rotomagi in Ecclesia Dominæ nostræ  
 conditum.

## §. LI.

*Andronicus Imperator Constantino-*  
*poli.*

Constantinopoli Andronicus, in quo  
 tota Imperii sita erat auctoritas, nu-  
 ptias Irenis filix suæ nothæ cum Alexio  
 Manuelis Imperatoris, vita functi, filio,  
 itidem spurio, moliebatur, etsi tam spon-  
 sus quam sponsa ex incesta parentum,  
 sanguinis affinitate junctorum, libidine *Nicet. Alex.*  
 orti essent. Dicebat enim Andronicus *n. 15. p. 168.*  
 inter sponsum sponsamve stupro natam  
 cognationis impedimentum non dari,  
 quam sententiam Concilii senatusque  
 judicio stabiliri jussit. Verum Theo-  
 dosius Patriarcha nefandum conjugium  
 constanter damnavit, Andronici conati-  
 bus

Sæcul. XII. bus intrepide obsistens; ac tandem in-  
 A.C. 1183. telligens, se operam perdere, & malo-  
 rum consilia prævalere, relicta Sede Con-  
 stantinopolitana, quam annis sex occu-  
 paverat, in Insulam Terebintum se rece-  
 pit, ubi ædes & sepulchrum sibi parave-  
 rat.

*Catalog.  
 Ju. Græ. R.*

Andronicus ejus discessu, quem non  
 speraverat, lætissimus, nuptiis Alexii &  
 Irenis Archiepiscopum Bulgariæ, tunc  
 forte Constantinopoli commorantem,  
 benedicere voluit. Ad Sedem vero  
 Constantinopolitanam implendam Basi-  
 lium Camaterum Cartophylacem & Hy-  
 pertimum delegit. Ceterum Basilius  
 iste datis literis, quod in Episcopali Mi-  
 nisterio Andronici voluntati simpliciter  
 obsecuturus esset, ad Patriarchatum  
 viam sibi parasse dicebatur.

*Nicet. n. 18.*

Hic ergo Patriarcha, jubente Andro-  
 nico, in Festo Pentecostes, die decima  
 septima Maji, anno millesimo centesimo  
 octogesimo secundo, Alexium Imperato-  
 rem coronavit, quem Andronicus, ut  
 Principi juveni plus honoris exhiberet,  
 humeris suis impositum ad Ecclesiam Ma-  
 jorem, calidis perfusus lacrymis, depor-  
 tavit. Sed brevi exinde tempore ela-  
 pso Andronicus consensum a propemo-  
 dum invito extorsit, ut se Imperii so-  
 cium adlegeret & promulgaret, tumque  
 ambo mense Septembri, Indictione se-  
 cunda

cunda ineunte, anno juxta Chronolo- Sæcul. XII.  
 giam Græcorum sexies millesimo sexcen- A.C. 1183.  
 tesimo nonagesimo secundo, salutis no-  
 stræ millesimo centesimo octogesimo ter-  
 tio, coronati sunt solemnî ritu, in quo  
 Andronicus semper prior nominabatur,  
 ridiculo prætextu, haud decere nomen  
 pueri viro seni & venerabili præponi.  
 Ubi vero in Officio Divino ad Commu-  
 nionem perventum, Andronicus acce-  
 pto pane cœlesti, extendens manus, ut  
 calicem prehenderet, per terribilia My-  
 steria juravit, se nullo alio consilio im-  
 pulsus recipere Imperium, quam ut A-  
 lexii juventutem adjuvaret. Sed ecce,  
 vix paucis diebus exinde consumptis, illi,  
 qui Andronico a consiliis erant, pro-  
 nunciant, de salute periclitari Rempu-  
 blicam, in qua plures regnarent. Capi-  
 tis damnatur Alexius, & quidam, noctu  
 eum adorti, nervo arcus strangulant.  
 Corpus defertur ad Andronicum, qui  
 calcibus ejus latera pulsans multas exa-  
 nimi injurias a patre & matre sibi illatas  
 exprobravit. Ipso deinde jubente, ca-  
 daveri cervices amputatæ, caput ad An-  
 dronicum reportatum, truncus, sarco-  
 phago plumbeo inclusus, in profundum  
 maris abjectus.

Ita Alexius Comnenus Imperator,  
 Manuelis filius, rebus humanis exem-  
 tus

Sæcul. XII. tus est, anno ætatis nondum decimo  
 A. C. 1184. quinto, Imperii tertio, exacto.

Desponsatam sibi habebat Alexius Agnetem, Regis Franciæ Philippi Augusti sororem, quam Andronicus salacissimus senex undecim annorum adolescentulam sibi matrimonio junxit. Tum Imperio & uxore Alexii, sobrini sui, positus, a Patriarcha & Synodo absolutionem rogavit a jurejurando quod Manuelli & Alexio Imperatoribus præliterat, & quod tam immaniter violaverat; eandemque gratiam pro conjuratis omnibus impetravit, quam adulatores Præfules, editis Decretis, concessere, honoris umbram, eeu præmium violatorum Canonum, consecrati; ut nimirum subselliis juxta folium Imperatoris collocatis ipsi assiderent. Sed cum Andronicus ultra duos annos non imperaverit, brevissimi temporis privilegium fuit.

§. LII.

*Abbatis Fuldenfis ambitio.*

*Arnold.*  
*Lubec. Chro.*  
*Slav. 3. c. 9.*

In Germania Fridericus Imperator Montguntia in Pentecoste, anni sequentis millesimi centesimi octogesimi quarti, Comitia celebravit, ut filium suum Henricum, Regem Romanorum, solemni ritu Equitem crearet. In quo Conventu Abbas Fuldenfis Imperatori exposuit; eo privilegio gaudere suum Monasterium,

rium, quod, si Curia Cæsarea Mogun-  
 tiæ haberetur, Archiepiscopo ad dextram  
 Imperatoris acquiescente, Abbas Fulden-  
 sis ad sinistram sederet. *Nunc vero, ad-  
 jecit Abbas, quoniam Archiepiscopus  
 Coloniensis jam diu hoc jure nos privat,  
 bodie te rogamus; redde nobis debitum  
 honoris locum.* Mox Imperator con-  
 versus ad Archiepiscopum, *audivisti, in-  
 quit, quid contra te attulerit Abbas, da  
 id precibus nostris; noli turbare Festi-  
 bujus lætitiæ, sed concede ei locum,  
 quem sibi competere affirmat.* Archie-  
 piscopus surgens, *faciet, ait, Serenitas  
 tua, quod videbitur.* Occupet Abbas lo-  
 cum, quem exoptat. Ego vero, *ne suc-  
 censeas, domum remeo.* Jamque Archi-  
 episcopo abeunte Comes Palatinus Rhe-  
 ni, Imperatoris frater, eique proximus,  
 surgens, *Domine, ait, Vasallus sum Ar-  
 chiepiscopi Coloniensis. Æquum est, ut  
 discedentem sequar.* Eadem Dux Bra-  
 bantiæ & complures alii Principes dice-  
 bant. Tunc autem Henricus Rex ju-  
 venis, intelligens, ex tot Principum a-  
 bitu turbas orituras, Archiepiscopi Co-  
 loniensis collum amplexus, *carissime Pa-  
 ter! ait, mane, obsecro! ne gaudium no-  
 strum in luctum verte.* Fridericus Im-  
 perator quoque, ne excederet ex cœtu,  
 rogavit, affirmans, se neutiquam ea men-  
 te quidquam dixisse, ut ipsum offende-  
 ret.

Sæcul. XII.  
 A.C. 1184.

Sæcul. XII. ret. Itaque quolibet illam Sedem,  
A.C. 1184. quam prius occupaverat, repetente,  
 concordia rediit. Ceterum Archiepi-  
 scopus, non ignorans, quid Abbas mo-  
 liturus esset, ad hæc comitia quatuor  
 armatorum millibus cinctus advenerat.

*Sup. Lib.  
 LV1. §. 9.*

Ante annos centum viginti, nempe an-  
 no millesimo sexagesimo tertio, similia  
 jurgia nobis occurrerunt, inter Episco-  
 pum Hildesheimensem & Abbatem Ful-  
 densensem exorta, funestiore exitu.

§. LIII.

*Concilium Veronense.*

Inde Imperator in Italiam profectus ad  
 Lucium Papam Veronam venit, quo  
 se se recipere, eum Romanorum inso-  
 lentia compulerat. Nam, ut cetera ta-  
 ceamus, cum illi extra Urbem complu-  
 res Papæ Clericos comprehendissent,  
 effossis omnium, uno excepto, oculis,  
 miseros ad Pontificem remiserunt, qui  
 Anathemate crudelissimi facti auctori-  
 bus dicto, relicta Roma, cum suis Vero-  
 nam venit, ubi usque ad obitum suum  
 fuit. Cum Papa & Imperatore com-  
 plures etiam Præsules & Optimates Ve-  
 ronæ tunc degebant; unde celebratum  
 est Concilium, quod prima die Augusti  
 anno millesimo centesimo octogesimo  
 quarto inchoatum, necdum quarta die  
 Novembris solutum erat. In hoc Con-  
 cilio

*Auct. Aquin-  
 cinct. an.  
 1184. Nang.  
 1183.*

*Rub. l. 6.  
 p. 355. Rad.  
 de Diceto  
 p. 624.*

cilio Lucius Papa, edita Constitutione lo- Sæcul. XII.  
quitur in hunc modum: A.C. 1184.

## §. LIV.

*Decretum contra Hæreticos.*

*Vigore Ecclesiastico excitari nos oportet ad abolendas varias Hæreses, quæ nostra ætate in plerisque locis pullulare cepervunt; idque eo facilius effici posse speramus, quod zelus noster Cæsarea potestate fulciatur. Quare, præsentissimo Filio Nostro Friderico Imperatore, id suadentibus Fratribus nostris Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis, aliisque ex diversis orbis partibus Principibus, hoc Decreto nostro omnes Hæreses & Hæreticos cujuscunque demum nominis, ac inter alios, Catharos & Patarenos, quique falso se dicunt Humiliatos, seu Pauperes de Lugduno, Passaginos, Josephistas, & Arnoldistas damnamus, & perpetuo anathemati subjicimus. Quia vero non nulli specie pietatis munus prædicandi sibi arrogant, eodem anathematis vinculo constringimus omnes illos, qui nulla a nobis vel Episcopi Diocesani accepta auctoritate & præcepto, privatim vel publice prædicare ausi fuerint. Damnamus omnes, qui aliud quam Ecclesia Romana de Sacramento Corporis & Sanguinis Domini Nostri Jesu Christi, de Baptismo, de*  
*Remis-*



Sæcul. XII.

A.C. 1184.

*Remissione peccatorum, de Matrimonio, ceterisque Sacramentis sentiunt vel do- cent. Damnamus omnes & singulos, quos Ecclesia Romana, vel quilibet Episcopus in sua Diœcesi, cum consilio Clericorum suorum, vel solus Clerus, Sede vacante, adhibito consilio Episcoporum vicinorum, si opus fuerit, Hæreticos esse judicaverint. Damnamus omnes, qui bis Hæreticis, sive CONSOLATI, sive CREDENTES, sive PERFECTI aut quocunque alio nomine superstitione dicantur, receptaculum vel præsidium concesserint.*

*Præterea, quia Disciplina Ecclesiastica rigor non nunquam ab illis contemnitur, qui ejus virtutem ignorant, præcipimus, ut qui memoratorum errorum manifeste convicti fuerint, si Clerici sint aut Regulares, omni Ordine & Beneficio exuantur, & sæculari potestati tradantur, pœnas, ut meriti sunt, subituri. Nisi forte reus, quamprimum deprebensus fuerit, coram Episcopo loci Hæresim abjuret. Idem servetur, si reus sit Laicus, qui nisi abjuraverit, a Judice sæculari puniatur. In quos merito Hæresis suspicio ceciderit, similiter puniantur, nisi idoneo argumento se innocentes probaverint. Qui autem, postquam semel abjuraverint vel se de suspicione purgaverint, relapsi fuerint, Judi-  
cio*

cio seculari relictis sint, & non amplius  
 audiantur. Bona Clericorum damnato-  
 rum Ecclesiis, in quibus ministrabant,  
 addicantur. Ista Excommunicationis  
 sententia contra omnes Hæreticos in Fe-  
 stis præcipuis, vel quodocunque se ob-  
 tulerit occasio, ab omnibus Episcopis pro-  
 mulgetur, negligentes ad triennium ab  
 officio Episcopali suspendantur.

Sæcul. XII.  
 A.C. 1184.

His ex consilio Episcoporum, atque  
 ab Imperatore & Curia Cæsareâ Princi-  
 pibus moniti, adjicimus, & volumus, ut  
 quilibet Episcopus semel bisve per annum,  
 vel ipse vel ejus Archidiaconus, vel alii  
 viri idonei lustrent Diæcesis regiones, in  
 quibus latere Hæreticos fama publica in-  
 dicaverit. Episcopus tres quatuorve vi-  
 ros vel etiam plures optimæ famæ, quin,  
 si necessarium existimet, totam viciniam  
 ad jurandum compellat, quod, si sciverint,  
 ibi degere Hæreticos, vel aliquos ad clan-  
 destinos conventus pergentes, vel qui vi-  
 tam a ceterorum Fidelium more abhor-  
 rentem ducant, eos ad Episcopum vel Ar-  
 chidiaconum deferre velint. Episcopus  
 vel Archidiaconus accusatos ad se vocet,  
 & nisi pro consuetudine illius regionis  
 objectum diluerint, aut si relapsi fuerint,  
 ex judicio Episcoporum pœnas dent. Si  
 jurare detrectaverint, Hæretici habeantur.

Sæcul. XII.

A.C. 1184.

*Constituimus etiam, ut Comites, Barones, Rectores & Consules Civitatum aliorumve locorum, ab Episcopis moniti, iurejurando promittant, quod in omnibus supra memoratis Ecclesiæ contra Hæreticos & conscios auxilium bona fide præstare velint, & strenue exequi, quæ Ecclesia & Imperium de iis decreverint. Si partibus suis desint, officiis civilibus priventur in perpetuum. Ipsi excommunicentur, & eorum ditiones Interdicto subjiciantur. Urbs, quæ huic Decreto obstiterit, & ab Episcopo admonita, reos non coercuerit, jure commercii cum aliis civitatibus exuatur, & Sedis Episcopalis prærogativam amittat. Omnibus Hæreticorum Fautoribus infamiae nota inuratur, ab officio Causidici, testis, & quocunque publico munere arceantur. Qui exempti sunt a Jurisdictione Episcopi, & soli sacrae Sedi subjecti, non obstantibus eorum privilegiis, in rebus ad hoc Decretum nostrum pertinentibus Episcoporum, tanquam a Sacra Sede Delegatorum, Judicium subeant (\*).*

Ex

(\*) Baronius & Pagi hunc Conventum ad annum millesimum centesimum octogesimum quintum referunt. Et quidem de eo Eminentissimus Cardinalis ita loquitur: *Millesimus centesimus octogesimus quintus annus salutis agitur,*

Ex hoc Decreto utramque Potestatem ad extirpandas Hæreses operam jungere dispicimus. Ecclesia Excommunicationis rigorem & ceteras Censuras adhibet, Imperator, Principes, Magistratus pœnis temporalibus in reos animadvertunt. Præterea videor mihi hic deprehendere originem *Inquisitionis* in Hæreticos, cum iungitur Episcopis, ut vel ipsi, vel ipsis jubentibus Delegati, homines de Hæresi suspectos quærant, sive rei rumore publico sive delatione privata proderentur. Cum discrimen habetur suspectorum, convictorum,

Sæcul. XII.  
A.C. 1184.

*tur, Indictione tertia, quo Veronæ congressus est habitus Papæ & Imperatoris, Christianæ Reipublicæ causa coeuntium. Errant, qui putant, tunc Episcoporum celebratum esse Concilium.*

At Pagius ad eundem annum dicit: *Denique Baronius in eo peccavit, quod nolit Colloquium hoc pro Concilio haberi. Nam jam non semel monuimus, Conventus & Colloquia, in quibus de rebus Ecclesiasticis agitur, vel quibus Episcopi intersunt, Concilia passim ab antiquis appellata, indeque in Conciliorum Collectionem prudenter inserta.*

In Actis Conc. R. P. Harduini Edit. Paris. occurrit quidem ad annum 1184. Concilium Veronense; sed quidquam aliud narrari videtur, & tota res quindecim lineis absolvitur.

Sæcul. XII.  
A. C. 1184.  
ctorum, pœnitentium & relapforum, iisque diversæ pœnæ infliguntur. Tandem cum Ecclesia exhaustis Censuris Ecclesiasticis reos potestati sæculari relinquit, quos illa iterum puniat, experientia edocta, complures Christianos, inprimis recentiores hosce Hæreticos, pœnis spiritualibus non moveri.

*Sup. Lib.*  
*LXXI.*  
*§. 3.*

Ergo nunc saltem veritas cognoscatur, quod ultra pœnam spiritualem temporalis quoque adhibenda sit contra eundem delinquentem, nec ideo timendum, ne Regula: *Non bis in idem*, violetur, cujus defensio ante annos viginti præcipua causa fuit, quod S. Thomas Cantuariensis persecutionem passus sit.

§. LV.

*Waldensium Origo.*

*V. Cang.*  
*Gloss. Pater.*  
*Bonacurs.*  
*to. 13. Spicil.*  
*p. 75.*  
Si spectemus Hæreticos in Pontificis Decreto occurrentes, Cathari seu Paterini sunt recentiores Manichæi, quorum tam sæpe meminimus. Passagini seu *Passages* Legem Mosaicam ad literam observari præcipiebant, & negabant Trinitatem, Patres ac totam Ecclesiam Romanam damnabant. Ceterum nomen suum a voce Græca *Passagios*, id est, *totus Sanctus*, traxisse videntur. At operæ pretium est, ut Humiliatos & Pauperes Lugdunenses attente discutiamus, quod eorum exordia bona & laudabilia fuisse

*Abbas Ursperg.*  
*an. 1212.*  
*Jac. Vit.*  
*hist. occid.*  
*c. 28. Cang.*  
*Gloss.*  
*Humil.*

fuisse constat. Humiliati primo in lu- Sæcul. XII.  
 cem emerferunt in Longobardia, viri A.C.1184.  
 mulieresque, admodum pauperes, &  
 bona communia habentes. Vestimen-  
 tis tegebantur rigidis, atque gestu, ser-  
 mone, totoque habitu magnum humili-  
 tatis studium profitebantur. Labore  
 manuum suarum maximam partem su-  
 stentabantur, & jure proprietatis nihil  
 possidebant. Erant inter ipsos Laici, o-  
 mnes prope literati. Omnes Officium  
 Canonicum diurnum nocturnumque re-  
 citabant. Complures nunquam carni-  
 bus vescabantur, nisi gravi infirmitate  
 pressi, nec ullo vestitu lineo utebantur.  
 Hujus Instituti mulieres ita a viris erant  
 remotæ, ut eas ne quidem in Ecclesia  
 conspiciere possent, nam murus easdem  
 separabat, cum Sacerdos pro concione  
 diceret. Ipsorum vitæ rationem Papa  
 approbaverat, Clericisque & Laicis li-  
 teratis licentiam, non solum in ædibus  
 suis, sed etiam in foris & in Ecclesiis  
 prædicandi, si Præsules consensissent. Ita  
 multos converterant, & Ordinem suum  
 mire propagaverant; nam præter illos  
 qui in Congregatione communem vitam  
 ducebant, complures, eorum hortatu  
 impulsæ, in sæculo cum uxoribus & libe-  
 ris sancte versabantur. Humiliati isti  
 terribiles videbantur Manichæis, quos  
 publice confutabant, & fraudes eorum

Sæcul. XII.

A.C. 1184.

*Abbas Ursperg.*

an 1212.

p. 318.

detegebant. Non nullos etiam ad frugem reduxerunt. Neutiquam vero de his accipiendum est Lucii Papæ Decretum, sed de illis, qui, nomen Humiliatorum mendaciter jactantes, prædicare, confitentes audire, Ministerium Ecclesiasticum obire, ab Episcopis non missi, præsumebant.

*Reine cont.**Wald. c. 5.*

Pauperes Lugdunenses frequentius Waldenses dicuntur, cujus Sectæ anno millesimo centesimo sexagesimo hæc origo fuisse narratur. Quibusdam ex spectatissimis civibus Lugduni congregatis, aliquis eorum in omnium conspectu subito extinctus est, tristisque casus Petrum Waldonem, in illo virorum cœtu stantem, ita perculit, ut statim magnam pecuniæ vim in pauperes sparserit, sicque non paucos ad se pertraxerit. Ille sequaces hortabatur, ut Jesum Christum & Apostolos imitantes paupertatem voluntariam susciperent, & quia literas utcunque didicerat, Novi Testamenti Scripturas eis lingua vulgari explicabat. Viris Ecclesiasticis novi Præconis temeritatem reprehendentibus, sprexit monita, atque ut ante suos docuit, dicens, Clericos, quos corruptorum morum suorum puderet, sanctam vitam & doctrinam ipsis invidere. Itaque isti pauperes a nomine Magistri sui Waldenses dicti sunt, tum etiam Leonistæ

ab

ab urbe Lugduno, Sabbathati & Infabba-  
 thati a calceis singularis formæ, sive quod  
 Calopodiis uterentur, vel quod superio-  
 rem calcei partem in modum crucis in-  
 cisam deferrent. Isti vero Hæretici a  
 Catharis seu Albigenſibus, longe anti-  
 quioribus, distinguendi sunt. Ceterum  
 necdumprehendimus. Recentiores  
 hosce alio errore, nisi quod otiosam  
 paupertatem amarent, & Clericorum  
 auctoritatem contempnerent. De Arnol-  
 distis suo loco nobis sermo fuit, sed de  
 Josephistis seu Mesopinis, ita enim in  
 quibusdam exemplaribus vocantur, ni-  
 hil invenio.

Sæcul. XII.  
 A.C. 1184.  
 Cang. Saba-  
 tati.  
 Ebrard.  
 cont. Wald.  
 c. 25.

## §. LVI.

*Quæ in Concilio Veronensi secuta  
 sunt.*

Dum Lucius Papa Veronæ Concilium  
 celebrabat, quidam Clerici ex di-  
 versis Regionibus, a Schismaticis, seden-  
 te Alexandro Papa, ordinati, in illam  
 urbem confluxerunt, atque Imperatore  
 Papam enixe rogante, ut eis veniam da-  
 ret, & quemque Ordini suo restitueret,  
 statim quidem reis indulſit, fecitque po-  
 testatem Libellos suos supplices offeren-  
 di, ut singulis gratiam pro diversitate  
 casus dispensaret; sed altera die mutata  
 mente ait; quod sententia suspensionis

Arnold.  
 Lubec. III.  
 c. 10.



Sæcul. XII. contra hos Clericos in Concilio Univer-  
 A. C. 1184. fali anno millesimo centesimo septuage-  
 simo septimo lata, non nisi in æquali  
 Concilio retractari posset, promisitque  
 se in hac causa Concilium Lugduni ce-  
 lebraturum. Conradus Archiepiscopus  
 Moguntinus & Conradus Episcopus  
 Wormatiensis Pontificem a proposito  
 dimovisse ferebantur, Germanis acriter  
 conquerentibus. Unde Cardinales di-  
 cebant, Germanos minantibus quam  
 rogantibus propiores gratiam petere.

*Mag. Chro.  
 Belg. p. 201.*

Veronæ de alio quoque gravis mo-  
 menti negotio, nempe de Electione Ar-  
 chiepiscopi Trevirensis, actum. Magna  
 illa Sede, Arnolde Archiepiscopo defun-  
 cto, vacante, diffidebat Capitulum,  
 his Volmarum Archidiaconum, aliis  
 Rudolphum Præpositum, Episcopum de-  
 poscentibus. Communi consensu de-  
 cretum, quod ad horam nonam conven-  
 turi essent ad schisma componendum.  
 Verum Volmarus antevertens præstitu-  
 tum tempus, se a sibi suffragantibus eli-  
 gi, & Sedi Episcopali imponi curavit.  
 Superveniens Rudolphus cum clientibus  
 suis & fautoribus, edixit, nullam esse  
 Volmari electionem, & a Præpositis esse  
 rejiciendam. Dum Canonici in hunc  
 modum litigarent, & Fridericus Princi-  
 pes Confluentiam convocasset, visum est  
 omnibus, jurgantibus Ecclesiæ Trevi-  
 rensis

rensis Clericis, Imperatoris esse, suo Sæcul. XII.  
 suffragio finem schismatis facere & Ar- A.C. 1184.  
 chiepiscopum, virum idoneum, nomi-  
 nare. Itaque Fridericus Rudolpho In-  
 vestituram concedit, & Volmarus ad  
 Papæ tribunal rem defert. Dumque &  
 Papa & Imperator suum quisque clien-  
 tem constanter tuetur, re infecta disces-  
 sum est. Schisma Ecclesiæ Trevirensis  
 septem annis tenuit. Præterea postu-  
 labat Imperator Fridericus, ut Papa Fi-  
 lium suum Henricum Imperatorem co-  
 ronaret. Quod facere recusans Papa di-  
 cebat; priusquam alium ungeret & co-  
 rona ornaret, Fridericus eam depone-  
 ret, duos enim Imperatores unum Im-  
 perium non capere.

## §. LVII.

*Legati Hierosolymitani in Francia.*

Concilio Veronensi necdum soluto, die Rad. de  
 quarta Novembris, Imperatore, Pa- Dice. to.  
 pa, Cardinalibus, & plerisque Episcopis p. 634.  
 in Majore Ecclesia congregatis, Gerar-  
 dus Archiepiscopus Ravennas tristem  
 Regni Hierosolymitani sortem publice  
 exposuit, omnis conditionis homines  
 ad opem ferendam pro remissione pec-  
 catorum suorum exhortans. Nempe  
 Balduinus IV. Rex Hierosolymæ mor-  
 bum in dies invalescere sentiebat, visum  
 caligantibus oculis amiserat, elephan-  
 L 5 tiasis

Sæcul. XII.  
A.C. 1184.

tialis usum manuum pedumque abstulerat, quibus omnibus infirmitatibus, cum *Nazareth* moraretur, violenta febris accesserat. Nihilominus eo adduci non potuit, ut Regnum & coronam dimitteret; sed Principibus, Regina Matre, & Patriarcha presentibus, Guidonem Lusignanum Comitem in *Joppe* & in *Ascalon* Reipublicæ præfecit, Dignitate Regia, jure in civitatem Hierosolymam, & decem millium nummorum aureorum censu in singulos annos sibi servatis.

c. 29. Verum haud diu post, cognoscens, juvenem Principem Regno esse imparem, atque privatim etiam ab eo offensus, potestatem ipsi datam retractavit, utque etiam spem in regno succedendi adimeret, Balduinum nepotem suum ex sorore Sibilla, Marchionis Montiferraten-  
sis defuncti ejus mariti filium, etsi puerulus vix ad quinquennium pervenisset, solemni ritu coronari jussit. Quod, vigesima Novembris anno millesimo centesimo octogesimo primo peractum, sapientioribus ideo solum probabatur, quia potestas Guidoni Lusignano auferebatur, dum tamen sub Rege seniore ægrotante, & ejus nepote puerulo Regnum in tantis angustiis strenuo viro destituebatur.

Lib. XXIII.

Guido Lusignanus intra Ascalonis munimenta se recepit, Regi, affini suo, palam

lam refractarius. Ille Regni gubernacula Comiti Tripolitano commisit.

Sæcul. XII.  
A.C. 1185.

Tunc igitur miser Rex intelligens, quam gravis immineret Saladinus, & ultima metuens, Heraclium Patriarcham Hierosolymitanum, Arnaldum Templariorum Magistrum & Rogerium Magistrum Hospitalariorum in Occidentem misit. Qui feliciter Brundisium appulsi, cum comperissent, Papam & Imperatorem Veronæ versari, illo se contulerunt; a neutro autem ipsis factis auxilia acceperunt, nisi quod Papa eis Epistolas commendatitias ad Reges Franciæ & Angliæ dedit. Templariorum Magistro Veronæ fati functo, Patriarcha & Magister Hospitalariorum, in Franciam devecti, Lutetiam Parisiorum decima sexta Januarii anno millesimo centesimo octogesimo quinto pervenerunt, quos Mauritius Episcopus Parisiensis cum Clericis populoque obviam procedens peramanter excepit. Tumque Patriarcha Missam in Ecclesia Dominæ nostræ celebrans, etiam ad populum dixit. Ubi ad Regem Philippum Augustum perlatum, Legatos ex Palæstina advenisse, relictis omnibus aliis negotiis eos invisere festinavit. Honorifice exceptis osculum pacis dedit, ac ad suos præfectos mandata misit, quibus præcipiebat, Legatos ubique ex ærario suo sustentari.

Ipli

*Rad. de Dic.*  
p. 6. 3. 625.

*Rigord. p. 14*

Sæcul. XII. A.C. 1185. Ipsi claves urbis Hierosolymitanæ & S. Sepulchri Philippo obtulerunt, qui, postquam eos itineris suscepti causam exponentes audivisset, Concilio generali Episcoporum & Principum Regni Parisios convocato, iisdem suadentibus injunxit omnibus Præfulibus, ut Subditos suos frequentissime ad iter Hierosolymam pro defensione Fidei suscipiendum exhortarentur. Ipsi vero Regi, necdum prolem habenti, nemo suadebat, tanta adire pericula; sed suis sumptibus promptissimos Equitum, cum multis perditum copiis illuc misit.

## §. LVIII.

*Legati Hierosolymitani in Anglia.*

*Reg. Hoved.* *p. 628.* Duo Legati Hierosolymitani deinde, relicta promte Gallia, ad oram Angliæ adversam, ineunte Februario, anno millesimo centesimo octogesimo quinto, exponuntur. Hospites *Redingis* excepit Rex, cujus pedibus advoluti Vexillum Regium cum clavibus S. Sepulchri, Turris Davidicæ, & urbis Hierosolymitanæ ei tradiderunt. Tumque nomine Regis Balduini, Principum, totiusque Regni & populi Hierosolymitani Henricum salutant, ac inter gemitus & lacrymas, quanta calamitate urgente ex Oriente in Occidentem iter facere coacti fuerint, narrant. Epistolam quoque

*ep. 2.*  
*to. 10. Conc.*  
*p. 1737.*

que Lucii Papæ Regi reddiderunt, in qua Sæcul. XII.  
A. C. 1185.  
miserandam terræ sanctæ sortem, Saladino victore, & Rege Hierosolymæ ægrotante, describebat. Patriarcham & Magistrum Hospitalariorum Regi Angliæ commendabat, & memoriam refrebat, quod aliquando auxilia in Palæstinam mittere promisisset. Tunc nempe cum Sup. lib.  
LXXII,  
p. 37.  
absolutionem ob cædem S. Thomæ Cantuariensis acciperet. Respondit Rex; Deo adjuvante, omnia feliciter eventura, edixitque, Legatos, quid ipse statuisset, prima Quadragesimæ Dominica, hoc anno millesimo centesimo octogesimo quinto in diem decimam Martii incidente, audituros.

Hac igitur die Londini adfuerunt Rex Henricus, Heraclius Patriarcha, Episcopi, Abbates, Comites & Barones Angliæ, Guilielmus Rex Scotiæ, cum Davide fratre suo & illius Regionis Optimatibus. Tum, elapsis inde octo diebus, de his quæ Legati attulerant deliberatum. Præcipue vero quærebatur, an expediret, Regem ipsum ad opem Hierosolymis Rad. Dic.  
p. 626.  
ferendam proficisci, aut remanere in Anglia, cujus Regni coronam coram facie Ecclesiæ accepisset. Quidam contra profectionem objiciebant Sacramentum, quo se cum ungeretur, obstrinxisset, & affirmabant, Regem multo magis obligari ad pacem in regno suo conservan-

Sæcul. XII.

A.C. 1185.

Girald. II.

Hib. exp.

c. 25. &amp;c.

J. Brompt.

Chron.

servandam, idque contra assultus exterorum defendendum, quam ad immensum iter in Orientem arripiendum, ut Palæstinam ab Infidelium armis ipse præsens vindicaret. Si enim Angliam relinqueret, timendum, ne tum Franci, tum ipsi Regis filii, Rempublicam turbarent. Horum consilium amplexus Henricus, conversus ad Hierosolymæ Patriarcham, se quidem non profecturum, respondit, sed data pecunia eos adjuturum, qui in Palæstinam peregrinaturi essent. Cui Patriarcha, haud sane hoc responso contentus, *nihil nobis auxilii præstas, o Rex, inquit, virum quærimus, non pecuniam, quæ nobis ex omnibus Regionibus Christianorum abunde mittitur. Belli Duce, inquam, & spectatæ virtutis Principe, nobis opus est.* Tandem rogabat, ut Rex saltem aliquem filiorum suorum mitteret, atque ille, non posse se filios absentes ad difficillimam profectionem adstringere, respondit. Tunc vero Patriarcha intelligens, spem suam se fefelisse, Dei vindictam minatus est Regi, usque adeo in Principem invehî ausus, ut ei perfidiam in Regem Franciæ, & S. Thomæ Cantuariensis necem exprobraret. Cumque Regem tanta linguæ intemperantia vehementer commotum videret, porrecto collo, *fac, inquit, mibi*

*mibi, quod Thomæ Martyri fecisti. Sæcul. XII.*  
*Malo enim a te in Anglia perimi, quam* A.C.1185.  
*a Saracenis in Syria, cum quocunque Sa-*  
*raceno pejor sis.*

Exinde Henricus Rex, Patriarcha,  
 & Hospitalariorum Magister, in Nor-  
 mannam transvecti, Rotomagi Festum  
 Paschæ, quod hoc anno millesimo cen-  
 tesimo octogesimo quinto in diem vige-  
 simam primam Aprilis incidebat, cele-  
 brarunt. Ubi Regi Franciæ nunciatum,  
 advenisse Regem Angliæ, celeriter ad  
 eum in arce *Vau de Reuil* prope Roto- *Rog. p. 630.*  
 magum invisit, ubi, cum triduo consul- *Id. p. 629.*  
 tassent, valido militum auriq[ue] auxilio  
 Terræ sanctæ succurrere statuerunt. Et  
 quoniam Rex Angliæ cunctis suis subdi-  
 tis potestatem cum Crucigerorum agmi-  
 nibus proficiscendi fecerat, complures  
 etiam Episcopi se ad expeditionem sa-  
 cram accinxerunt. Antistitum præci-  
 pui, Archiepiscopi duo, nuper ordinati,  
 Balduinus Cantuariensis & Gualterius  
 Rotomagensis, fuerunt.

## §. LIX.

*Balduinus Archiepiscopus Cantua-*  
*riensis.*

Richardus Archiepiscopus Cantuarien- *Chro. Gerv.*  
 sis anno superiore millesimo centesi- *an. 1184.*  
 mo octogesimo quarto die Veneris deci- *Rad. Dic.*  
 ma *p. 618. Petr.*  
*Bles. ep. 5.*



Sæcul. XII.  
A.C. 1185.

ma septima Februarii, postquam ultra annos decem sedisset, e vita excefferat. Accusabatur, quod ei major cura de rebus Ecclesiæ suæ temporalibus, quam spiritualibus fuisset, & favore Regis, a quo tenerè amabatur, ad malos reprimendos non fuisset usus. Ipso defuncto Sedes plus quam decem mensibus vacavit, quod illius Provinciæ Episcopi, & Monachi Ecclesiæ Cathedralis de jure eligendi Archiepiscopum litigarent. Episcopi vigesima tertia Octobris Balduinum, antea Episcopum Vigorniensem, Archiepiscopum elegerunt, & Monachi sua ex parte Dominica tertia Adventus die decima sexta Decembris anno millesimo centesimo octogesimo quarto eidem suffragati sunt. Ac tandem accepta a Lucio Papa electionis confirmatione, & Pallio, Balduinus solemnè in Festo S. Dunstani, die decima nona Maji, anno millesimo centesimo octogesimo quinto, in Cathedram Cantuariensem invectus est. Balduinus Exoniæ parentibus, bonis fortunæ destitutis, natus, cum aliquamdiu cuidam scholæ præfuisset, ob eximia merita Archidiaconus creatus est. Sed paulopost, dimissa hac Dignitate, Monachum Ordinis Cisterciensis induit, atque uno anno consummato Abbas Fordensis in provincia Devoniensi eligitur. Unde anno millesimo cente-

*Goduin. p.  
114. Gervas.  
Act. Pontif.  
p. 1675.*

centesimo octogesimo primo ad imple- Sæcul. XII.  
dam sedem Episcopalem Vigorniensem A.C. 1185.  
evocatur. Vir erat admodum sobrius,  
modestus & mitis, sed vigore necessario  
ad coercendam improborum licentiam  
carere, ac melior monachus quam Epi-  
scopus fuisse dicebatur. Ceterum pri-  
mus ex Ordine Cisterciensi Cathedram  
Cantuariensem conscendit; quam annis  
ferme sex tenuit.

Gualterius Constantinensis, Archie-  
piscopus Rotomagensis successerat Ro-  
travio, vigesima quinta Novembris, an-  
no millesimo centesimo octogesimo ter-  
tio, fatis functo, postquam nobilissimæ  
Ecclesiæ annis prope viginti præfuisset.  
Gualterius olim Canonicus Rotomagen- Gal. Christ.  
sis, & deinde Archidiaconus Oxoniensis, Chron. Alb.  
exeunte anno millesimo centesimo octo- 1164. 1183.  
gesimo tertio, Episcopus Lincolnien- Chron. Rot.  
electus, Andegavi a Richardo Archiepi- hom. Lab. I.  
scopo Cantuariensi consecratus est. Sed bibl. p. 369.  
brevi post tempore Rotomagum trans-  
latus, & in Festo S. Matthiæ, vigesima Goduin.  
quarta Februarii, anno millesimo cente- p. 344.  
simo octogesimo quinto solio Archiepi-  
scopali solemniter impositus. Sedit  
vero annis viginti duobus. Sed quam-  
vis hi Præsules accepto Crucis signo  
sacram professionem vovissent, moras  
tamen trahebant, & Patriarcha Hieroso-  
lymitanus viam in Orientem relegit,  
Hist. Eccles. Tom. XVIII. M haud

Sæcul. XII. haud sane tanto, quantum speraverat,  
 A.C. 1185. itineris lucro sequente. Eodem anno  
 1185. Balduinus IV. e vivis abiit, &  
 quia lepra, qua affligebatur, uxorem  
 ducere prohibitus fuerat, successorem  
 sibi delegit, nepotem suum Balduinum V.  
 G. Tyr. 1004. jussu ipsius anno millesimo centesimo o-  
 Guil. Neubr. 3. c. 16. ctogesimo primo coronatum, sororis suæ  
 Sibillæ, & Guilielmi a longo gladio  
 dicti, Marchionis Montisferratensis fi-  
 lium, puerum novennem, qui anno se-  
 quente millesimo centesimo octogesimo  
 sexto rebus humanis ereptus est.

## §. LX.

*Thessalonica a Siculis capta.*

Nicot. 1. Inter hæc Guilielmus Rex Siciliae, in-  
 Andron. n. 7. stigante quodam Alexio Comneno,  
 Jo. Cec. Manuelis Imperatoris propinquo, bello  
 Chron. an. terra marique adornato, Imperium Con-  
 1155. stantinopolitanum armis subjicere mo-  
 Nicot. p. 194. liebatur. In Festo S. Joannis anno mil-  
 p. 192. lesimo centesimo octogesimo quinto  
 Dyrrachium, & eodem anno, quem Græ-  
 ci sexies millesimum sexcentessimum tri-  
 gesimum tertium numerabant, die de-  
 cima quinta Augusti, Thessalonica ab  
 ejus Ducibus capta. Sed Siculi victo-  
 riæ gloriam crudelitate & sacrilegiis ob-  
 fuscarunt; quippe Græcos in ipsis Eccle-  
 siis, ad quas confugerant, obtruncabant,  
 sacras imagines conculcabant, quæ apud  
 Græ-

Græcos sunt figuræ in lignæ tabulæ sæcul. XII.  
 plana superficie depictæ. Has in pla. A.C. 1185.  
 team projectas deinde ad focum in cu-  
 lina accendendum admovebant. Non  
 nulli sacra mensa conscensa, saltarunt,  
 cecinerunt, & sanctuarium suo lotio  
 polluerunt. Licet vero omnibus viri-  
 bus reniterentur præfecti, militum fero-  
 cium licentia sequentibus etiam diebus  
 sisti non potuit. Nobiles templa ingres-  
 si suo clamore Græcos, Divinum Offi-  
 cium celebrantes, turbabant, aut can-  
 tiones impudicas miscebant. Ita mu-  
 tuum Græcorum & Latinorum odium  
 magis magisque accendebatur.

Eustachius Archiepiscopus Theffalo-  
 nicensis, ovibus suis tanta calamitate  
 pressis, omnia boni Pastoris munia im-  
 plevit, vir doctissimus, edito in Home-  
 rum Commentario celebratissimus. An-  
 te obsidionem urbis, ut poterat, fugere  
 noluit, sed sponte includi se passus est,  
 cum populo suo, ut in vastissima urbe  
 obsessis solatium ferret, & patientiæ ex-  
 emplum daret. Mœnibus expugnatis,  
 Comites Siciliae, copiis imperantes, ad-  
 ibat, animosque hostiles mitigabat. Illi  
 Præsalem reverebantur, venienti assur-  
 gebant, loquentem tranquille ausculta-  
 bant, ejusque precibus acquiescebant.

Sæcul. XII.  
A. C. 1185.

## §. XLI.

*Andronici exitus. Isaacius Angelus  
Imp. Constantinopoli.*

*Nicot. 2.  
Andro. n. 1. 2  
Cang. famil.  
Byz. p. 201.  
Nicet. n. 10.*

Capta Thessalonica, Siculi Constanti-  
nopolim moverunt, ubi dum Andro-  
nicus Imperator ad defensionem patriæ  
omnia comparat, ab inimicis domesti-  
cis, quos vir crudelis & suspiciosus in  
se concitaverat, opprimitur. Æmulo-  
rum gravissimum sensit Isaacium Ange-  
lum, cujus avus Constantinus, Philadel-  
phiæ natus, Theodoram Alexii Comne-  
ni Imperatoris filiam natu minimam du-  
xerat. Unde his nuptiis Angelorum fa-  
milia, hætenus obscura, splendorem ac-  
cepit. Isaacius igitur milite prætoria-  
no, qui ad se vincendum ab Androni-  
co missus fuerat, cæso, ad S. Sophiæ Ec-  
clesiam, quo omnes paricidii rei confu-  
gere solebant, se recepit. Confluit  
populi ingens cuneus, quid de Isaacio  
fortuna decerneret, spectaturus. Et  
ecce, complures eum sibi Imperatorem  
expetunt, effringuntur carceres, ab An-  
dronico capti evocantur, & Isaacii capi-  
ti, priusquam e S. Sophia pedem effe-  
ret, Constantini Magni corona, super  
Altare, ut solebat, suspensa, imponitur.  
Tum unum ex Imperatoris equis, nam  
forte ab agasonibus ad aquam, qua lava-  
bantur

bantur & unde bibebant, agebantur, conscendere compulsus, per urbem circumducitur, comitante Patriarcha Basilio Camatero, quem invitum populus trahebat. Ita Isaacius Angelus Imperator salutatus & in possessionem Palatii Cæsarei missus est, quod populus eadem die diripuit, ne quidem sacrarum imaginum ornamentis in Oratorio Imperatoris parcens, nec thecæ Reliquiarum, ubi Epistola JESU Christi ad Abgarum data servari dicebatur.

Sæcul. XII.  
A.C. 1185.

Andronicus perniciem suam fugiturus navem conscendit; at comprehensus & vinculis onustus Isaacio sistitur, quo connivente, omnis generis contumeliis violatur. Nam colaphis tunditur, barba & capilli capitis evelluntur, excutuntur dentes, a plebe ludibrio habetur, maxime a mulieribus, quarum viros vel interfecerat, vel oculis privaverat. Tum misero manus dextra securi amputatur & ipse in carcerem detruditur, nec tamen vel ullo cibo vel saltem potu refocillatur. Post dies aliquot captivo Cæsari unus effoditur oculus, dorso scabiosi cameli impositus in forum publicum deducitur, nudo capite & calvo, ac centonibus utcunque tectus, a furenti plebe verberibus & contumeliis innumeris cruciatus. Alii enim fustibus caput percutiebant, alii spurcitiis

#. 12.

M 3

admo-

Sæcul. XII.  
A. C. 1185.

admotis nares implebant, aut elevata spongia, sordibus imbuta, vultum paulo ante Domini & Imperatoris sui inquinabant. In eum, in ipsius matrem & consanguineos convitia evomebant. Ipsum rabidum canem appellabant, lapidibus in camelo sublimem impetebant, & latera verubus fodiebant. Quædam femina perditissima ahenum ferventissima aqua plenum in subeuntis caput & faciem effudit. Quisque suam in patriam pietatem luculentissime testari putabat, si Andronicum vel aliqua contumelia vel dolore afficeret. Ipse omnia constanti animo perferebat, nullas nisi illas voces identidem repetens: *Kyrie eleison, Domine miserere!* ad populum vero insultantem agebat: *Cur arundinem quassatam confringitis?* Ad verba S. Scripturæ alludens; quippe eam legerat, imprimis S. Pauli Epistolas, quibus delectabatur, etsi exinde, ut debuisset, mores suos non emendaverit. Tandem in theatrum pertractus & pedibus suspensus iterum cruciatur donec efflavit animam (\*). Hic exitus, hoc fatum fuit

(\*) Hic addit Natalis Alexander ad Sæc. XII. *Periit Andronicus anno millesimo centesimo octogesimo quinto. Biennio duntaxat Imperio potitus. S. Pauli Epistolas supra modum amabat,*

fuit infelicis Andronici, die duodecima  
Septembris anno millesimo centesimo octogesimo quinto salutis nostræ, Græcorum sexies millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, prima die ejusdem mensis, cum Indictione quarta inchoato,

M 4

to,

*mabat, earumque lectione delectabatur. Imminens ejus exitium lacrymis ex ejusdem Apostoli imagine defluentibus prænunciatum, Græci mentiuntur. Ejus Imperii seu potius Tyrannidis historiam duobus libris conscripsit Nicetas Choniates, ex quibus hæc defloravimus.*

Ceterum, etsi Andronicus, usurpato Dominorum suorum, quibus fidem juraverat, Imperio, & nefanda nece, tot opprobria & tanta supplicia meritus fuisset, non ideo tamen Græcis Principem suum & Imperatorem semel receptum rejicere, eique jurejurandò promissam fidem frangere, & multo minus tanquam pessimum mancipium enecare, licebat. Sed hic etiam, sicut sæpius alias Græci perfidiæ & barbaræ indolis documenta dederunt. Raroque tantæ sævitæ in Reges exempla in aliis sæculis occurrunt, si forte illud inauditæ feritatis specimen excipias, quod superiore sæculo anno millesimo sexcentesimo quadragesimo nono Angli, in conspectu orbis terrarum, ediderunt, cum Carolus I, Stuartus Angliæ & Scotiæ Rex, atque a regibus ortus, prolata subditorum in Dominum suum sententia, in foro publico, conducta carnificis opera, capite plexus est.

Sæcul. XII.  
A.C. 1185.



Sæcul. XII. to, postquam annos duos Imperator  
A.C. 1185. Græcorum fuisset.

*Nicot. 2.*

*Isaac. n. 4.*

*p. 259.*

*Catal. tom. I.*

*hist Byz.*

*p. 37.*

Isaacius Angelus novem annos & octo menses imperavit, ac in regni exordio a Siculis erepta strenue vindicavit. Patriarcham Basilium Camaterum, et si non ultimum inter illos locum mereretur, quorum beneficio ad Imperii fastigium ascendisset, deponi iussit, illa ex causa, quod quibusdam feminis nobilibus, vestem Monasticam, quam compellente Andronico invitæ induerant, dimittendi licentiam contulisset. Basilium Sedem Constantinopolitanam annos duos & menses sex obtinuerat, eique Isaacius Imperator Nicetam *Muntanes* succiecit, senem, Majoris Ecclesiæ Sacellanum, quem in Cathedra Patriarchali ultra annos tres & menses sex sedere non est passus.

